## Secũdo dubitaẽ. vtrũ maxie

vlia sint ad cognoscendũ difficilima. vi/
detur q̃ nõ per aristo. primo phisi. respõ
det thomas q̃ maxie vlia dĩr dupliciter
Uno modo in causando vt sunt de⁹ ꝛ intel
ligẽtie ꝛ etiã celuz. Et ista q̃uis ẽm se sint
maxie cognoscibilia a nobis. tñ sunt dif
ficilima ad cognoscendũ eo q̃ a sensu sũt
remotissima. Alio modo possunt dici maxi
me vlia in ꝑdicando vt ens ꝛ cetera que
sibi insunt que etiã habent aliq̃ modũ
vl'is in causando formaliter. Et hec vlia
ẽm simplicez intellect⁹ apprehensionem
siue absolute cõsiderata sunt primo nob
nota vt obijciebaẽ. Sz quãtuz ad inuesti
gationez principioꝝ causaꝝ ꝓprietatuz et
originem ipaꝝ pri⁹ sunt nota nobis mi/
nus vlia. Nã per causas particulares q̃
sunt vni⁹ generis vel speciei p viã resoluti
onis ꝓcedim⁹ in causas vl'es. ꝛ sic maxi
me vlia in ꝑdicando quantũ ad cõpletã
ꝛ perfectaz noticiaz sunt difficilima. Ad

cognoscēdū. Aliud dubiū quomō scīa
que est de maxime vlib⁹ sit de oībus. cū
tū talia sint paucissima. Dicitur ꝙ licet
maxime vlia actu sint pauca qꝛ quāto ali
quid est vlius tanto actu pauciora cōti
net ꝛ potestate plura. ꝛ oppositum est de
minus vlibus. tū in potestate ipa sunt
multa ideo cognoscens huiusmodi vlia
aliqualiter omnia cognoscit.

**Ad rationes ante oppositū**

Ad primā dicit ꝙ quāto est aliud vlius
tanto cognitio eius est certior qꝛ paucio
ra ad eius cognitionē requirūtur. Verū
est tū ꝙ pticulare pfect⁹ cognoscit dum
cognoscit i ꝓpria forma ꝙ dū cognoscit
in alio. s. in vli. Sz cū hoc stat ꝙ pfect⁹ ꝛ
cert⁹ ē cognoscere suū vle ꝙ cognoscere
suū pticulare sub eo cōtentū. Ad secū
dam dicit ꝙ inuestigatio spāliū quid
ditatū pertinet ad speciales sciētias q licz
non considerent ea que ingrediuntur
huiusmodi quidditates tū cū quadā cō
catenatiōe ꝛ applicatiōe ad motū vel quā
titatem vel ad genus scibile deueniūt ad
cognoscendū illa que cōstituunt huius
modi quidditates. nā accidentia confe/
runt ad cognoscendū qō quid est. sequit
in textu. Quia vero non actiua.

**Queritur octauo. vtrum hec**
sciētia sit speculatiua maxime libera nō
humana possessio ꝛ honorabilissima.
Arguitur ꝙ nō. ipa est ꝓpter bonū mo
ris ꝛ ꝓpter felicitatē. ergo ē practica. Se
cundo metha. dirigit ꝛ ordinat oēs ali/
as sciētias tā speculatiuas ꝙ practicas.
ergo est actiua vel debz dici equaliter spe
culatia ꝛ practica. Tertio sc metha. sub
seruit omnibus alijs sciētijs quia stabilit
pncipia oīm sciētiaꝝ ergo nō est libera
Quarto omnis cognitio acquisita per de/
mōstrationē est humana possessio, ꝛ nō
diuina. metha. est huiusmodi ergo. Quī
to illa sciētia est nobilior q̄ habet certio/
rem modū procedēdi. vt paz primo de
anima. ſ mathematica certiori modo ꝓ
cedit ꝙ ista ergo ista sciētia nō est honora
bilissima. ad oppositū est phūs in littera

**Pro responsione sciendum**
est primo. ꝙ phūs postꝙ ondit circa qō
versetur methaph. cōsequēter ostendit
q̄lis sit. ostendēdo de ipa quatuor cōditi
ones vel qualitates que ponūtur in titu
lo questionis.

**Pro quo secundo sciēdum**
est ꝙ vt habet tertio de aīa intellectus so
la extentione ad opus fit practicus. nō in
telligendo ꝙ quātitate sit extēsibilis. Sz
qꝛ aliquādo cōpatur ad suū primū actū
absolute qui est cognoscere verum abso
lute. ꝛ tunc dicit speculatiu⁹. quandoqꝫ
etiam cōparatur ad suū actū ꝫm secun
dum ꝙ per ipm actus volūtatis regula
tur. Et sic intellect⁹ nō capit veriz abso/
lute. ſ vt est operabile a nobis. ꝛ sic cum
intellectus claudat aliquid qō est extra se
hoc nō dicim⁹ intellectum extendi ꝛ fieri
practicū. Ideo diffinit praxis a doctore
subtili. praxis est operatio alterius potē
tie quā intellec⁹ naturaliter posterior ip
sa intellectione, nata cōformiter elici rati
oni recte vt recta sit. Ex quo patz ꝙ
huiusmodi actus alteri⁹ potētie. s. volu
tatis q̄ primo praxis dicit. nō est in ipso
intellectu nisi solum vt indirigente. quia
tunc nō oporterz ipz intellectū extendi. ſ
est in volūtate vt in eligēte illū actuz vl
in operante. ꝛ in alijs potentijs execu/
tiuis pro quāto eaꝝ act⁹ imperant a volun
tate. nec actus ipius intellect⁹ praxis di
citur. nisi ꝓ quanto est directiu⁹ illius ac
tus cui primo cōpetit ratio praxis. Ex
quo patet ꝙ male dixerunt ponētes lo
icam esse practicam. Nā ꝫm diffinitionem
praxis nullus habit⁹ intellectus est prac
ticus. nisi qꝛ est directiu⁹ operis alterius
potētie ꝙ intellectus. Sz loyca solū est
directiua operationū intellect⁹. Vlterius
patet ꝙ sciētia q̄ ꝓpter se querit est spe/
culatiua.

**Tunc sit prima cōclusio. me**
thaph. est speculatiua ꝛ nō actiua. proba
tur primo ratione. nā metha. querit ad/
ignorātiam effugiendā ꝛ nō propter ali/
ud queritur. ergo queritur propter scire.
igitur ꝛc. aliis probat phūs. nā ꝓpter ad
mirari inceperūt hoīes philosophari. dif
ferēter tū qꝛ in principio erāt admirātes
pauciora dubitabiliū. Deinde paulatim

precedentes. nunc de maioribus ⁊ ma-
gis occultis admiratur. ſ ois qui dubi-
tat ⁊ admirať ignorat. ergo antecedēs
fuit verū. Sʒ cōſequētia pbať. qꝛ in oīn
i. motu terminus ad quē cōtrariať ter-
mi. no a quo. ſ ignorātie cōtrariatur ſcien
tia. ergo cū hoīes inceperint philoſopha
ri ad ignorantiā effugiendā. Sequiť ꝙ in-
ceperint philoſophari propter ipʒ ſcire.
Scōo patet a ſigno. quia iā cūctis exiſtē
tibus artib⁹ ordinatis ad vite vtilitatem
vel voluptatem vel introductionē in ali-
as ſcientias. hec ſcia incipit inquiri qḋ eſt
ſignū qḋ ſoluʒ qritur ꝑpter ipm ſcire et
nō propter aliam vtilitatem.

**Secunda cōcluſio·methaph·**
eſt ſcia maxime libera. probať qꝛ homo
liber diciť qui ſui ipſius ⁊ nō alteri⁹ cau-
ſa eſt. ⁊ ſimiliter eſt de ſcia. Sed ſic eſt de
methaphi. cū ſit de primis principiis ſim-
pliciter intelligibilib⁹ per que dia alia in-
telliguntur ⁊ nō ecōtra ergo ⁊c.

**Ex iſto ſequitur tertia cōclu-**
ſio. metha. pfecta nō eſt poſſeſſio huma-
na ſ diuina. patʒ qꝛ illa ſcia que eſt maxi-
me libera. nō poteſt poſſideri a natura q̄
eſt multipliciter ſua. ſ natura humana
eſt huiuſmodi. tā ex parte aie ꝙ corporis
ex pte aie. qꝛ creata eſt nō habens formas
intelligibiles. ſ oportet ipaʒ illas a rebus
ſenſibilib⁹ p miniſteriū ſenſus mēdicare
Ex pte corporis vero. qꝛ multis ⁊ variis
neceſſitatib⁹ ⁊ indigentiis ſubiectum eſt.
Item illud ſoluʒ diciť ab hoīe poſſeſſum
qḋ ab eo plene habeť. ſic ꝙ ipo poteſt li-
bere vti ad nutū. ſ ſic nō eſt ɗ metha. qꝛ
ab vſu ⁊ acquiſitiōe eius propter corpo-
ris neceſſitates impediť homo. ergo non
eſt humana poſſeſſio ſ diuina. Hoc iterū
patet p dictū ſymonidis poete. ꝙ deus
hanc ſciam ſibi retinuit et talem honoreʒ
quaſi inuidens ne hoīes in ſcia ſibi equa-
rentur. ſ ſi capiať inuidia vt eſt triſtitia ɗ
bono alieno ꝑ quāto inuidus credit bo-
nū alterius venire in diminutionē ſui bo
ni. Dicendū eſt cuʒ platōne ꝙ a deo oīs in-
uidia relegāda eſt. nec in eo cadere po-
teſt inuidia. Tuʒ primo qꝛ eſt impaſſibi-
lis. ſ triſticia eſt quedā paſſio. Tum ſecū-

do. qꝛ deus pſectiſſimi diues eſt ⁊ oīs boni-
tas ab eo tanq̄ a fonte deriuať ideo bonitas
eius diminui non poteſt. ſ ſymonides loq̄
batur ad modū poetaꝝ ⁊ ſm̄ prouerbiū
multa mentiuntur poete.

**Eſt tamē aduertēdum·ꝙ li-**
cet metha. pfecta vt eſt cōprehēſio maxi-
me itelligibiliū nō ſit humana poſſeſſio
tn̄ methaphi. poteſt impfecte ab homine
poſſideri. prout eſt cognitio maxime in-
telligibiliū a poſteriori. p viā cauſalitatis
remotionis ⁊ eminentie. ⁊ illud modi-
cuʒ qḋ haberi poteſt de cognitiōe prima-
rūʒ cauſaꝝ delectabiliū eſt ⁊ p̄cioſius q̄-
cunq̄ noticia rei ſenſibilis.

**Ultima cōcluſio methaphi·**
eſt honorabiliſſima ſcia. patʒ qꝛ eſt maxi-
me diuina. ergo ⁊c. aīns probat phūs qꝛ
ſcia diciť dupliciter diuina. Uno mō qꝛ
eſt de deo ⁊ diuinis. Alio mō qꝛ ſolus de-
us eā pfecte poſſidʒ. ſ hec duo iſti ſcie cō-
ueniūt. eſt eni de deo ⁊ ſubſtātiis ſepatis
Et noie dei intellexerūt philo. primū prī-
cipiuʒ ſimpliciter totius eſſe ⁊ vlem gu-
bernatorē ⁊ puiſorem oīm reꝝ. Ex dictis
patēt quattuor qualitates vel proprieta-
tes huius ſcientie.

**Tunc ad ratiōes·ad primaʒ**
diciť ꝙ felicitas cōſiſtit principaliter in
ſpeculatiōe que eſt act⁹ intellect⁹. verū eſt
tn̄ ꝙ taleʒ ſpeculatiōʒ. inſequiť quedā de-
lectatio ⁊ quedā amor naturalis q̄ ſemp
quātuʒ eſt de ſe. rect⁹ eſt. Et amor iſte vel
delectatio proprie nō habet rōeʒ praxis
quia nō eſt niſi quedā cōplacentia natu-
ralis in cōtemplatione ſūmi veri. qḋ ē
ſummū bonuʒ. Ad ſcdām diciť ꝙ hec ſci-
entia eſt ordinatiua aliaꝝ in ratione finis
qꝛ eſt finis oīʒ. Scia vero practica eſt or-
dinatiua ⁊ directiua opis in ratione effici-
entis. Diciť vltra ꝙ licet hec ſcia pro quā-
to ſtabilit pricipia aliaꝝ ſciaꝝ ſit eaꝝ quo-
dā modo directiua in ratiōe efficiēs
tn̄ nō dirigit ad operationē que ſit prax-
is. ſ ſoluʒ ad ſpeculationē nec ſtabilit pri-
cipia ſciaꝝ practicaꝝ niſi pro quanto in ſe
ipſis repiť aliqd ſpeculatiōis. Ad tertiaʒ
diciť ꝙ licʒ hᶜ ſcia ſtabiliat pricipia aliaꝝ
ſcientiaꝝ tanq̄ ſuperior cognitio. tamē nō

querit gratia illoꝝ. ſ principaliter gratia sui ideo nõ ſub ſeruit alijs ſcientijs. ſ ecõ tra. Ad quartã patet ſolutio ex dictis. Ad quintũ dicitur ꝙ ſuppoſita equalitate ſubiecti ſcientia certior eſt honorabilior. ſ ſimpliciter loquendo illa eſt honorabilior que eſt de honorabiliori ſubiecto cuiuſmodi eſt iſta ſcientia.

*Explicit primus liber methaphiſice.*

Circa ſecundũ librum methaphiſice querit primo. vtrũ cognitio veritatis ſit homini poſſibilis. Arguitur primo ꝙ non. qr omne qđ mouetur priuatum eſt in termino a quo. ⁊ ptm in termino ad quẽ. Sꝫ intellectus nr̃ a principio ſue creationis cũ ſit tanꝗ̃ tabula nuda nõ habet priuatam cognitionẽ veritatis. ergo nõ poteſt moueri ad veritatis cognitionẽ. Secundo alteratio non ſit circa intellectum. ergo intellectus non poteſt mutari de ignorantia ad ſcientiam quia ſic mutaretur de contrario in contrariũ ⁊ alteraretur. Tertio nos neſcimus verum ſine cauſa vt dicitur in hoc ſecundo ſed impoſſibile eſt nob cauſas veritatis cognoſcere. igit̃ minor patet quia cauſa prima non poteſt a nobis cognoſci nec apriori cũ nõ habeat cauſam nec apoſteriori. cum nullus ſit effectus ei adequatus ergo nec aliqua cauſa ſecunda poteſt a nobis cognoſci quia tlis cauſa a prima dependet quantum ad eſſe ⁊ quantum ad cognoſci. Oppoſitum arguit̃ quia dicit philoſophus de veritate theorica ſic quidem difficilis eſt ſic vero facilis ſ qđ eſt difficile vel facile eſt homini poſſibile ergo ⁊ cetera.

**Pro reſponſione eſt primo** ſciendum. ꝙ poſtquam philoſophus in primo libro recitauit ⁊ reprobauit oppiniones antiquorum philoſophoꝝ de primis principijs ⁊ cauſis entiũ circa que verſatur intentio huius ſcientie. cõſequẽter in iſto ſecundo accedit ad veritatem determinandam. ſed quia circa veritatẽ aliter ſe habet conſideratio huius ſcientie ⁊ aliter ſcientie particularis. Nam quilibet particularium quandam veritatem particularem circa aliquod genus determinatum entis ſolum conſiderat. hec autem ſcientia conſiderat veritatem vniuerſaliter cuiuſlibet entis. ergo ad hanc ſcientiã ꝑtinet oſtendere modum cognitionis veritatis quod facit in iſto libro in quo facit tria principaliter. Primo oſtendit qualiter ſe habeat homo ad veritatis cognitionem. Secundo ad quã ſcientiã maxime pertineat veritatis cognitio circa quod tractat de ſtatu in quolibet genere cauſe. Tertio oſtendit modũ cõſiderande veritatis ponendo impedimẽta in acquiſitionis cognitionis veritatis ⁊ poſtea ponendo remedia. Et poſtmodum in tertio libro incipit ſuum proceſſum circa inquiſitionẽ veritatis de principijs entium ⁊ de omnibus alijs ad que ſe extendit huius ſcientie conſideratio.

**Tunc ſit hec concluſio.** cognitio veritatis eſt homini poſſibilis patet quia homo naturaliter deſiderat ſcire. ſ ſcire nihil aliud eſt quam veritatem aliſcuius entis cognoſcere. ſed naturale deſiderium fruſtra eſſe non poteſt igitur. Item niſi ſic nõ contingeret aliquem hominem eſſe felicem. cum hominis felicitas in veritatis cognitione ⁊ contemplatione ⁊ potẽtiſſime prime cauſe conſiſtat. Et ſi queratur. vtrum per doctrinam vel inuentionem acquirat homo ſcientiam. Reſpondetur ꝙ vtroque modo poteſt eni acquirere ab extrinſico doctore adiuuante intellectum diſcipuli applicando principia ſibi nota ad concluſiones ignotas

fit etiam quandoqȝ ab intrinseco per in/
uentionem ppriaȝ ⁊ maxime quo ad pri
cipia que cognitis terminis lumine intel/
lect⁹ ⁊ propter eoȝ euidentiã sine discur
su statim fiunt nota intellectui. Et etiam
quo ad aliquas cõclusiones pricipijs ꝓ
pinquas ſm ꝙ aliqui sunt ꝑspicatioris
intellectus ſm hoc per se pnt pluriũ veri
tatum inuenire cognitionem.

**Sed dubitatur· vtrum cog**
nitio veritatis sit hoi. quodãmõ facilis
⁊ quodãmõ difficilis. Videt ꝙ nõ qꝛ
si esset facilis hoc esset, quantum ad pric
pia ⁊ si difficilis hoc eẽt quãtũ ad cõclu
siones ſʒ neutrũ, dici potest qꝛ principia
sunt difficilima ad cognoscendum ſcđo
elencoꝝ ⁊ cõclusiones cũ sint cõpositi/
ores pricipijs ⁊ sic ⁊ sensibus propinquiores
sunt faciliores ad cognoscendum princi
pijs. Dicit primo cũ philosopho ꝙ cog/
nitio veritatis est hoi quodãmodo faci/
lis patet trib⁹ signis. Primuȝ est licet
nullus possit cõpletã veritatis cognitio/
nem adipisci. null⁹ tñ est ita ignar⁹ quin
veritatis aliqualẽ cognitionẽ habeat. qꝛ
videmus ꝙ quilibȝ de veritate ⁊ natura
reꝝ aliquid enũciat ⁊ inter⁹ aliquid cog
noscit. cũ enũciatio sit signũ cõcept⁹ inte
rioris. Scđm signuȝ est qꝛ licet id qđ
vnus homo suo studio potest apponere
ad veritatis cognitionẽ sit paruũ ꝑ com
parationẽ ad totã cognitioneȝ veritatis
tñ id qđ aggregat ex oibus dictis coar/
ticulatis. i. collectis facit quãdaȝ magni
tudineȝ vt patet in inuentione artiuȝ que
per diuersoꝝ hoim studia in admirabile
ꝑuenerũt incrementũ. Tertiũ signuȝ
est sicut nullus in forib⁹ domus delin/
quit. ſʒ circa interiora dom⁹ deficere po/
test. sic circa principia sciaꝝ que ad cõclu/
siones se habent. vt ianua in domo ho/
mo paꝝ deficit ⁊ quo ad ipa cognitio ve
ritatis est nobis facilis. ſʒ quãtũ ad con
clusiones ex ipsis educibiles est difficilis.
Dicitur ſcđo ꝙ cognitiõ veritatis est quo
dammõ difficilis patȝ signo philosophi
quia nõ est homini bene possibile habere
totum ⁊ partem in cognitione veritatis
⁊ hoc ostendit difficultatem veritatis
cognoscendo. Unde sive procedat via
resolutionis a cõpositis ad simplicia a to
to ad partes licet perficiat veritatis cog/
nitio ꝑueniẽdo ad singulas partes toti⁹
distincte cognoscẽdas semꝑ adhuc aliq̃
pars deficit siue ꝑcedit via cõpõis a sim
plicib⁹ ad cõposita ⁊ a ꝑtibus ad totum
est multũ difficile perfecte cognoscere par
tes ⁊ totuȝ. Ad rationẽ factã dicit ꝙ prin
cipia absolute capta vt sunt quedã enun
tiationes ex suis terminis cõstitute sine ha
bitudine ad cõclusiones sub ſcđo elencõ
facilima sunt ad cognoscenduȝ. ſʒ illa ac
cepta in habitudine ad cõclusiones sunt
difficilima. ⁊ quãto sunt superiora tanto
sunt difficiliora qꝛ sub ipis plura cõtinẽ
tur. Et de cõclusionib⁹ dicendũ ꝙ cog/
nitione confusa quo ad qꝛ est. potest eaꝝ
veritas cognosci antequã cognoscãtur dis
tincte pricipia. ⁊ cause veritatis ipsarum
ſʒ cognitõne perfecta cõclusiones sunt dif
ficiles ad cognoscendum.

**Ad rationes· ad primaȝ di·**
citur ꝙ ad cognitionẽ veritatis per mo/
tuȝ rationis procedim⁹. Ultra dicitur ꝙ
intellectus nr̃ ante addiscere est nudus. ſʒ
cuȝ iam est in addiscere aliquid habet de
cognitione veritatis licet illud sit imper/
fectum. Ad ſcđam dicit ꝙ cũ intellec
tus mutat de ignorantia in scientiã non
est alteratio proprie dicta. ſʒ tñ perfectio.
Ad tertiã concedit ꝙ de prima causa
nõ habem⁹ cognitionẽ nisi quo ad quia
est. ⁊ quid nõ est ⁊ hec cognitiõ sufficit ad
cognitioneȝ ſcđaruȝ causarum quaȝ ha/
bere possum⁹ pro isto statu. sequitur tex
tus. forsan autem ⁊ difficultatem.

**Queritur secundo· vtruȝ dif**
ficultas in cognitione veritatis proueni/
at ex parte rerum vel nostri intellectus.
Arguitur ꝙ ex parte rerum. quia vnũqđ
qȝ est intelligibile ſm ꝙ in actu no io hu
ius. Sed multe sunt res habẽtes esse po
tentiale. ergo difficultas cognitionis ip/
saruȝ venit ex parte reruȝ. Secundo in
tellectus noster in sensibilis habet contrari
um veritati. ergo est in vltima dispositio/
ne ad veritateȝ suscipiendũ ⁊ habet agẽs
ꝑ se sufficiẽs ⁊ debite applicatũ. s. intellec

tū agente ergo difficultas ex pte nostri in
tellectus venire nō potest. Tertio sen//
sus ab intellectu dīt qr corrumpit ab ex//
cellenti sensibili ꝛ post sensationē maio//
ris est impotēs sentire minꝰ sensibile ꝫ in
tellectꝰ econtra cōfortat ab excellenti intel//
ligibili ꝛ est potentior ad intelligendum
minꝰ intelligibile. ergo difficultas in cog
nitione veritatis nō est ex pte nr̄i intellectꝰ.
Ad oppositum est phūs in littera.

Pro respōsione sciendum ē
Primo ꝙ postquā phūs ondit ꝙ cogni
tio veritatis est quodammodo facilis ꝛ
quodāmodo difficilis. cōsequenter ma
nifestat causā huiusmodi difficultatis.

Ubi est secundo sciendū· ꝙ
quidā antiquoꝝ posuerunt oīs res esse
in cōtinuo motu ꝛ fluxu ideo dixerūt dif//
ficultatē in cognitione reꝝ venire penitus
ex participatione reꝝ. Sꝫ cōtra hanc oppinio
nē dicit phūs ꝙ q̄uis difficultas in cog
noscendo veritatē pueniat forsan ex par
te duoꝝ. s. reꝝ ꝛ intellectꝰ nr̄i ꝛ ita in par//
te verū dixerunt antiqui qr sunt aliq̄ res
fluxibiles ꝛ potentiales nō tn̄ oēs ꝫ mi//
nor pars est huiusmodi ideo dicit aristo
til. ꝙ nō in rebus ꝫ in nobis est causa dif
ficultatis. ꝛ hoc est intelligendū pncipa
liter istud pbat. nā si causa difficultatis
totaliter esset ex parte reꝝ ꝛ nō nr̄i intellec
tus tūc quāto aliquid esset magis cog//
noscibile tanto facilius a nobis cognos//
ceret. cuiꝰ oppositū est verū. qr sicut se ha
bet oculus nicticoracis ad lumē solis sic
se habet intellectꝰ noster ad ea cognoscē
da que sunt nature manifestissima.

Tertio sciendū est· ꝙ in om
ni actione potest venire impedimētū vel
ex parte pncipij actiui vel passiui vbi gra
tia ꝙ lignū nō faciliter cōburat potest p
uenire vel qr ignis est debilis vel qr lig//
num nō est bene cōbustibile. Similiter
difficultas in cognitione veritatis potest
prouenire vel propter defectū qui est in
rebus parum habentibus de actu ꝛ mul
tum de potentialitate vel propter defectū
virtutis nostre intellectiue.

Tunc sit hec conclusio· diffi
cultas in cognitione veritatis quantum
ad res paꝝ habentes de actu prouenit ex
parte reꝝ. ꝫ quantū ad res multū haben
tes de actu ꝛ paꝝ de potētia vt sunt sub//
stantie separate prouenit ex parte nr̄i intel
lectus. Prima pars patet qr vnūquodꝫ
cognoscibile est ꝫm ꝙ in actu. ergo q̄ pa
rum vel nihil habent de actu sunt ꝫm se
paꝝ cognoscibilia. Secūda pars patꝫ qr
intellectꝰ nr̄ corpori cōiunctꝰ quāuis non
sit potētia organica. est tn̄ naturalis potē
tie forme naturaliter corpori vnite. ergo
habet naturalem ordinē ꝛ cōnexionem
ad potētias sensitiuas organicas que in
eadem essentia aīe cū eo radicant. ergo
sibi naturale est mēdicare formas intelli
gibiles p ministeriū sensuū ꝛ intelligere
res per cōuersionem ad fantasmata ipaꝝ
ꝫ que naturalia sunt semper manent. er
go intellectus humanꝰ corpori cōiunctꝰ
eleuari nō potest ad aliū modū cogni//
tionis ꝛ per cōsequēs quā diu est corpo
ri cōiunctus substātias sensibiles ꝛ sepa
ratas parum cognoscere potest. Sed
huic cōclusioni aduersatur scotus dicēs
ꝙ nec ex parte rerum absolute nec ex par//
te intellectus nostri absolute venit huiꝰ
modi difficultas. ꝫ ex improportione in
tellectus ad intelligibile. Et arguit sic qđ
secundū se est tale cuicunqꝫ cōparetur sem
per est tale. ergo si aliqua res ꝫm se est dif
ficulter cognoscibilis tunc omni intellec
tui diuino etiā erit difficulter cognoscibi
lis. ꝛ similiter si intellectus noster sit secū
dum se difficiliter cognoscitiuus tūc om
nem rem cū difficultate cognosceret. Sed
hec ratio potest solui quia principium
illud habet veritatem in absolutis ꝛ nō
in respectiuis. Clarum est enim ꝙ duo
ad vnum se habent secundū se in propor
tione dupla. ꝛ tamen non se habent in ea
dem proportione cuicunqꝫ comparētur
Ultra dicitur ꝙ omnis res que secundū
se est difficulter cognoscibilis etiā apud
intellectum diuinum quantum est de se
ꝛ ex parte sui difficulter cognoscibilis est

Sed q ab eo cognoscat sine difficultate hoc est ex parte diuini intellect⁹ qui suaz scientiā nō mendicat a rebus neqȝ scientia eius mensurat a reb⁹ ꝓpter hoc materialia intelligit immaterialiter cōposita simpliciter diuisa vnite. et possibilia actualiter siue potētialia qr nō intelligit res ꝑ lumen acceptum a rebus. ſ per lumē suum qd est causa esse veritatis ipaȝ reruȝ vt ra dicit q scot⁹ ita dñs necessario ponit causaȝ difficultatis esse ex parte reruȝ vel intellect⁹ qr in ꝓportionē agentis ad pacientis semꝑ est ex parte vnius ipsorum

**Sed dubitatur vtrū intellec**tus corpori cōiūct⁹ possit cognoscere deum et substātias separatas. respōdet cuȝ sancto thoma. q intellectus noster corpori cōiunct⁹ nō potest cognoscere deuȝ et substantias separatas quantū ad qd est. ſ soluȝ quantū ad qr sunt. et qd non sunt. patet primo auctoritate phi in hoc passu dicentis q sicut se habet oculus nicticoracis &c. Ratione sic arguit intellectus corpori cōiunctus ꝓpter causaȝ predictaȝ nihil cognoscere potest nisi ꝑ ministeriū sensus qr necesse est quecunqȝ intelligibilitatē fantasmata speculari. tertio de aīa. ſ substātie separate nō sunt ꝑ se sensibiles neqȝ habent⁹ aliquos effectus ipis adequatos quoȝ cognitio conferat ad cognoscendū qdditates eaȝ ergo &c. Itē in oībus agentibus et patientib⁹ adinuicē ꝓportionatis talis est natura q paciens nō se extendit ad plura quā agens. ſ actio intellect⁹ agentis nō se extendit nisi ad quidditates rerum quaȝ species a fantasmatibus abstrahi possunt. ergo nec intellect⁹ possibilis cognoscere potest nisi qdditates q a fantasmatibus abstrahunt. Itē cognoscere quod qd est perfecte alicui⁹ reȝ est ipius intra se formare diffinitionē. ergo oportȝ q cognoscens discrete quod quid est alicuius reȝ habeat intra se adequatā speciē intelligibilem illi⁹ reȝ. ſ talē pro isto statu acquirere nō potest intellect⁹ nr̄ de substantia separata cū nihil recipiat nisi a fantasmatib⁹. Scd̄a pars patet qr vt dicit thomas tripliciter possum⁹ deuenire ad cognoscendū qr de⁹ est et qr sunt aliq̄ substātie separate. et qd nō sunt. ſ. per viā causalitatis eminentie et remotiōis. Sed huic respōsioni quantū ad primā parteȝ cōtradicit auerroys taleȝ rōem adducēs substātie separate sunt maxie intelligibiles ergo si a nullo intelligant sequitur q erunt frustra. ſ hec ratio dēsibilis est.

Primo qr finis substātiaȝ separataruȝ nō est q intelligātur a nobis. ergo si nūquā a nobis intelligerent. nō sequit q essent frustra intelligibiles qr frustra dicit qd nō cōsequit finē ad quē ordinat. Scd̄o qr licet a nobis nō intelligātur a se ipis. tn̄ et vna ab alia intelligit. Item huic p̄dicte cōclusioni cōtradicit albertus qui ymaginat q postquā intellectus noster possibilis cōsecut⁹ est ꝑfecte oēs formas intelligibiles naturales et mathematicas q̄ cadūt sub actualitate luīs intellectus agentis tūc vnit sibi intellectus agens nō soluȝ per modū efficiētis. ſ etiam per modū forme intelligibilis et intelligit ipm intellectū agentē se ipm et substantiā aīe perfecte. Nec plus ad intelligēduȝ indiget cōuersione ad fantasmata. ſ habet suū lumē totaliter superi⁹ cōuersū actingendo substātias separatas. et ideo immediate ab ipis potest recipere illuminatiōes et quidditates eaȝ cognoscere et intellectū nrm sic formatū et cōpletū vocant intellectū adeptū in qua adeptione ponūt felicitatē hoīs ꝑ isto statu cōsistere. Sȝ hec oppinio vr̄ impossibilis qr nō est possibile ꝑ naturē q aliq̄s homo cōsequi possit oēs formas intelligibiles naturales et mathematicas qr hoc nō faceret nisi ꝑ viā sensus. ſ nō est possibile naturaliter aliquē hoiem sentire oēs res. Itē dato q oēs res naturales et mathematicas cognosceret. se ipm intellectum agentē et substātiaȝ aīe cognosceret. et qd sic diceret intellect⁹ adept⁹ adhuc nō ꝓpter hoc cognosceret qdditates substātiaȝ separataȝ. Patȝ primo qr intellectualitas infime intelligentie plus excedit omniuȝ formarum naturaliuȝ intellectualitatem quā intellectualitas oīm corporaliū excedat intellectualitatē vni⁹ reȝ corporalis.

Sed intellect⁹ ex cognitione vni⁹ rei particularis nisi eleuaf sufficiēter ad hoc cognoscere possit oēs alias res corporeas ergo ⁊c. Scđo substātie separate nō possunt directe ⁊ immediate producere formas intelligibiles in intellectum nostrū quia hoc facere nō possent nisi creādo q̄ eis cōpetere non potest. ergo intellectus noster nō potest ipas quidditatiue intelligere. Tertio infima substantia separata specie differt ab oībus istis inferioribus ⁊ a qualibet alia substantia separata. ⁊ est superioris ordinis. ergo ex cognitione istoꝝ inferioꝝ nō possumus deuenire in cognitionē quidditatis eius aut alicuius alterius.

**Ad rationes·ad primā patet solutio.** Ad scđam dicitur q̄ licet in intellectu nulla sit forma positiua veritati contraria. tamen propter debilitatem sui luminis intellectualis est improporcionatus intelligibilitati substātiarū separatarū. Et sic nō potest eas directe intueri nec equaliter s̄ soluz aliqualiter sub vmbra rerum sensibiliū. Sicut habēs debilem visum nō potest directe lumen solis in se recipere. Ad tertiā dicitur q̄ sensus duplici de causa impediri potest a cognitione. s. excellētis sensibilis. Uno mō q2 corrumpitur organū eius ab excellenti sensibili ⁊ istud locū non habet in intellectu nostro. Alio mō potest impediri ꝓpter improportionem sensus ad sensibile q2 causaf ex defectu virtutis sensitiue sicut videmus q̄ potentie sensitiue eiusdem virtutis nō sunt in omnibus sicut homini ex natura sua cōtingit q̄ habeat pessimū olfatū ⁊ nitticoraci q̄ habeat debilē visū qui nō potest claritatē solis aspicere quia ad ipam nō habeat ꝓportionē ⁊ hoc impedimētū reperif in intellectu nostro respectu maxime intelligibiliū quibus nō proporcionaf propter defectū luminis eius. sequitur in textu. non solum autem hijs.

**Queritur tertio·vtrū ista scientia que prima phia dicitur maxime sit veritatis sciētia.** Arguif q̄ nō q2 verū ⁊ falsum sunt in mēte ⁊ non in rebus. vt in sexto huius tanq̄ entia ratiois remouentur a cōsideratione huius scie. cū ergo sint entia rōis sequitur q̄ phia prima nō cōsiderat de ipis nec est sciētia veritatis ymmo loyca. Scđo sic cuiuslibet scie speculatiue finis est veritas. ergo hec sciētia nō est magis scia veritatis quā alie scie speculatiue. Ad oppositū est philosophus in littera.

**Pro responsione est primo** sciendū. q̄ postq̄ phūs ondit vnde vel fuit pricipaliter causa difficultatis i cognitione veritatis cōsequenter ondit qualiter hoies se inuicē iuuant in acquisitione cognitiōis veritatis. Deinde ad quā sciētiam maxime ptineat veritatis cōsideratio q2 ad hanc scientiam.

**Ubi secundo sciendū est· q̄** vnus homo in cōsiderādo veritatē iuuatur dupliciter ab alio. Uno mō directe quādo alius recte enūciauit de veritate ⁊ accipitur sua determinatio. Alio mō indirecte quādo supficialiter siue erronee enūciauit quo ad hoc dixit phūs q̄ nō soluz gratias agere debem⁹ illis q̄ de veritate recte enūciauerūt ⁊ quoꝝ oppinionibus coīcam⁹ ymmo etiā illis qui supficialiter vel erronee de veritate ⁊ natura entiū aliquid dixerūt. qm̄ isti nobis aliq̄d contulerunt q2 tales habuī nīm ꝑexercitatū sūt. s. nos incitādo ⁊ dādo occasionē inquirendo de natura ⁊ veritate rerū. Et sic patet qualiter vn⁹ homo ab alio iuuatur in cognitione veritatis.

**Sed pro alia pte·sit prima** cōclusio. phia prima est scia veritatis. ꝓbat phūs primo. q2 theorice finis est veritas. practice vero opus. nā licz practici intendāt quomō se habeat veritas in aliq̄bus rebus. tamē causaz veritatis non gse inquirūt s̄ eā applicādo ad aliqd particulare operabile determinatū ad hic ⁊ nūc. s̄ metha. est speculatiua vt patuit i primo igif. Scđo nos nescimus verū perfecte sine causa sed philosophia prima est cognitiua causaꝝ vt dictū est in primo ergo est scia veritatis. s̄ q2 cetere scie speculatiue sunt causaꝝ cognitiue rōo vt videatur excellentia huius supra alias.

**Sit cõclusio secunda. phia** prima maxime est scientia veritatis. probat text⁹. qr vnũqdqꝫ aliorũ. i. inter alia maxĩe ipsũ dicitur ex quo causat in alijs aliqd vniuoce pdicatũ qd idez est dicere ppter vnũ qdqꝫ ꝛc. Uel quidqd cõueit cause ꝛc sic ignis dicit calidissim⁹ qr est causa caloris in oib⁹ calidis. ergo illd de bet dici verissimũ ꝙ causa est in oibus alijs vt vera sint. Sꝫ prime cause in oib⁹ alijs sunt causa veritatis ꝛ nõ ecõtra qr vnũ qdqꝫ se habꝫ ad veritatẽ sicut ad esse modo prime cause oib⁹ alijs sunt causa essendi ꝛ nõ ecõtra. ergo sunt cause veritatis omnibus alijs ꝛ nõ ecõtra ꝛ per consequẽs sunt maxĩe vere. cũ ergo metha. sit prima causaꝝ cõsideratiua sequitur ꝙ est maxime veritatis scientia. Et notãter in maiore hui⁹ rationis dicit vniuoce: qr q̃n effectus pertingere nõ potest ad similitudinẽ sue cause ꝑm candẽ rationem in specie ppter excellentiaꝫ cause. Et ideo licet sol sit causa caloris in igne ꝛ ceteris elementis ꝛ elementatis. non tñ proprie nominat calidissim⁹. sꝫ bene in eo est aliquid amplius ꝛ excellentius ꝙ sit esse calidum. Sed in proposito nomẽ veritatis nõ est proprium alicui speciei. sꝫ est cõmune nomẽ oibus entibus qr est passio transcendẽs cõuertibilis cũ ente ꝛ ita in noĩe ꝛ ratione veritatis coicant oĩa entia Ideo primũ ens qd est oibus causa vt sint ꝛ ꝑ cõsequẽs vt vera sint dici sic põt etiã proprie loquẽdo verũ. Ex illa maxima infert aristotel⁹ vnũ correlariũ ꝙ semper existentiũ principia sint verissima. probat dupliciter. Primo ꝙ nõ sunt qñqꝫ vera ꝛ q̃ñqꝫ falsa. sꝫ semp in veritate ꝑseuerant sicut ꝛ in esse. Scdo ꝙ huiusmodi principijs nõ est aliqd causa vt sint ꝑ illa sunt alijs causa essendi ergo sunt verissima. probat cõsequentiã. qr vnũ qdqꝫ sicut se habet ad esse ita ad veritatẽ. ꝛ sic illa que q̃ñqꝫ sunt ꝛ q̃ñqꝫ nõ etiã sunt q̃ñqꝫ vera ꝛ q̃ñqꝫ nõ. ꝛ que semp sunt semp sunt vera. ꝛ que sunt causa essendi. sunt eis causa veritatis ꝛ sic est similis dispositio in esse ꝛ in veritate. Et hoc ideo est qr esse rei. est causa vere existimationis quã habet mẽs nostra de reb⁹ verũ enim ꝛ falsũ cõplexa nõ sunt in rebus sed in mente.

**Sed dubitatur. vtrũ semp** existentiũ possit esse causa. videt ꝙ nõ qr qd ex se nõ est determinatũ ad esse. indifferens est ad esse. ꝛ nõ esse. sꝫ qd esse suũ habet ab alio. tanqꝫ a causa sui esse. non est ex se determinatũ ad esse ergo nõ potest esse ꝛ nõ esse. ergo repugnat semp existentiũ habere causam sui esse. Itez qd est ab eterno nõ habꝫ principiũ. sꝫ qd semper est ẽ ab eterno. Ad dubiũ dicit aristo. ꝙ semp existentiũ principia esse verissima est necesse. Item vr̃ dicere in octauo phisicoꝝ vbi dicit cõtra antiquos ꝙ multũ prohibet aliqua q̃ sunt ꝑpetue veritatis causaꝫ sui esse habere. ꝛ exemplificat d̃ illa veritate. triangulus habet tres angulos que est ꝑpetua ꝛ tamen habꝫ causaꝫ igitur.

**Aduertendum est tamen. ꝙ** aliquid semp esse. potest intelligi dupliciter. Uno mõ sic ꝙ neqꝫ habeat initiũ durationis neqꝫ causam sui esse. ꝛ hec duo posita ꝑpetuitate mũdi cum philo. soli deo cõueniunt. Alio modo potest intelligi aliquid semper esse sic ꝙ nõ habeat principiũ vel finem durationis habet tamẽ initiũ sui esse. sic ꝙ esse suũ habet ab alio Et hoc mõ ponendo ꝑpetuitatem mundi cũ philo. intelligentie celũ motus celi temp⁹ ꝛ materia prima dicerẽtur semper existentia quia nõ haberent initiũ sue durationis. haberent tñ suũ esse ab alio sicut a causa. qr omne qd est ꝑ participationem necessario reducitur ad aliqd qd est per suã essentiã vt ad causam sui esse. sꝫ posita ꝑpetuitate mũdi adhuc nõ esset nisi vnum ens per essentiam cuius scilicꝫ sua essentia esset suũ esse ꝛ cetera sunt per participationem. ergo reducuntur in ipsum vt in causam sui esse. Ex istis dictis philosophus potest inferri ꝑm mentem eius quod nõ implicit cõtradictionem aliquid esse coeternũ suo principio effectiuo. nõ tamen ꝙ aliquis citra primũ vera eternitate mensurantur. Sed posita perpetuitate mundi dicerentur coeterna

Primo qꝛ nō habuissent initiū sue dura-
tionis. in fide tenenduz est ꝙ de facto ni-
hil est extra primū ꝙ nō habuerit pricipi
um durationis ꝛ esse. Et ad primā ratio
nē distinguit de illa ꝑpositioe ex. potest
enim dīc circūstantiaz cause formalis et
sic maior est vera ꝛ minor falsa vel cause
efficientis ꝛ sic est ecōuerso. Ad aliā dicit
ꝙ si sit sermo de pricipio durationis ans ē
verū sz si de pricipio effectiuo tūc est falsuz

Ad rationes. ad primaz dici
tur. ꝙ veruz est in enūciatione vocali tā
quā in signo ꝛ in cōpositione ꝛ diuisione in-
tellectus formaliter reperit ꝛ vt in subiec
to ꝛ quo ad hoc verū dicit ens rationis.
Et ad loycā pertinet q̄ docet modū com
ponēdi ꝛ diuidendi. Sed veritas reperi
tur in re tanꝙ in cā vel tanꝙ in effectu et
sm hoc nō dicit aliqd distinctū re a na-
tura vel quidditate rei ꝛ hoc modo capi
endo. veruz sm ꝙ est realiter idē cū enti
tate rey prima phia veritatem cōsiderat
. Ad scdam dicit ꝙ sola metha. cōside
rat primas veritates q̄ sunt bases ꝛ fun-
damentū omniū veritatū aliaꝝ. Alie ve
ro sūt speculatie quasdā pticulares vita
tes quorundā pticulariū entium cōside
rant. sequit intextu. Ad vero ꝙ sit princi
pium ꝛ cetera.

Queritur quarto. vtrum in
causis effitienb⁹ sit ꝓcessus in infinituz
in sursum. ꝛ in materialib⁹ deorsum. Ar
guitur ꝙ sic generationes sunt infinite. er
go ꝛ generantia. ꝛ per cōsequēs effitien-
tia sunt infinita. Secundo in reuoluti
onibus celi est ꝓcessus in infinitū. ergo
ꝛ in mouentibus. Tertio sic dio conti
nui est materialis. sz cōtinuuz est diuisibi
le in infinitum. ergo in causa materiali ē
processus in infinitū. Quarto sic gene
rationes ꝛ corruptiones sunt infinite ꝓp
ter materiam. ergo materie sunt infinite
Ad oppositum est philoso. in littera.

Pro responsione est primo
sciendum. ꝙ postquā aristotil. probauit
ꝙ hec scientia est maxime scientia verita-
tis. vbi accepit pro medio ꝙ est primarū
causaꝝ cōsideratiua. quia illud medium
destrueretur si in causis procederet in in-
finituz qꝛ nō essent prime cause. ideo gra
cia huius cōsequenter aristo. probat stas
tum in causis in indirectū hoc est in quo
libet genere cause quā sm speciem ita ꝙ
non sunt infinite species causaꝝ.

Secundo est sciendūz. ꝙ cau
se effitientes sunt in duplici dra. quedaz
sunt essentialiter subordinate ꝛ quedam
accidētaliter. ꝛ drñtia essentialiter subor
dinata distinguit essentialiter vt patet de
sole ꝛ homine generante. Sed alie so-
lum materialiter drnt vt patet de diuer-
sis hominib⁹ generātibus. Secundo
dīnt quia in essentialiter subordinatis.
scda habet a prima substāntia in virtutem
ꝛ operationez in alijs vero nō. ideo in es-
sentialiter subordinatis. prima causa nō
mouente. scda non moueret. sz in alijs nō
vna non dependet ab alia ideo mouet
vna alia non mouēte.

Tertio est sciendū. ꝙ patiēs
subicitur agēti. ideo procedere in agenti-
bus est procedere in sursum. ꝛ procedere
in pacientibus est procedere in deorsum
Et quia de ratione materie est pati ideo
processus in causis materialibus dicitur
processus in deorsum.

Tunc sit prima conclusio. in
causis effitientibus essentialiter subordi-
natis nō est procedere in infinitū. proces-
sus probatione supponit aristoteles.
ꝙ tribus existentibus i vnum debeat es
se causa aliorū omniū. hoc nō potest com-
petere vltimo. quia vltimum nullius est
causa. mediuz etiam nō potest esse causa
omniū sed solū vltimi relinquit ergo ꝙ
si aliquid sit causa omniū hoc oportet es
se primum. nec3 differēter an sit vnuz me
dium vel plura qm̄ si plura sint in hoc cō
ueniunt omnia quod est esse mediū. mo
do repugnat medio ꝙ sit oīm causa. Et
etiam ponātur infinita media ꝙ si corres-
ent equaliter medium. Nam in infinito
oēs partes sunt equaliter medie qꝛ vna
non plus accedit ad extremum quam re
liqua cum in infinito non sit dabile ex-
tremuz. Tunc arguitur sic si sunt in
finita efficientia essentialiter subordinata
omnia erunt equaliter media. ergo non

ergo nō esset dare primū efficiens. Sed ut dictum est soli primo couenit esse causa oīm. ꝛ si nō sit causa nō erunt causata ergo positis infinitis essentialib⁹ oīo tollitur causa efficiens. vel sic arguit̄ in essentialiter subordinatis remoto primo remouet̄ 2m. Cū 2m habeat substātiā ꝛ v̄tutē a primo. Sꝫ sublato primo ꝛ scd̄o nihil remanet igit̄. Itē adhoc ꝙ aliq̄s effect⁹ sit. necesse est oēs causas ex quib⁹ est ꝛ dependet preīnsire. ꝯ effect⁹ dependet ex oīb⁹ suis causis essentialiter subordinans. ergo impossibile est i talibus causis esse pcessum in infinitū.

**Secunda cōclusio. in causis** efficientib⁹ accidēs subordinatī est procedere in infinitū 2m potentiā successiōis ꝛ nō 2m actū. patꝫ qꝛ multū probibꝫ infinita esse mouentia successiue. ꝯ ꝙ non possint 2m actum patuit tertio phisicoꝝ.

**Ultima cōclusio. in causis** materialib⁹ nō est pcedere in infinitū pcessu⁹ pbatiōe notat pbus ꝙ dupl'r contigit hoc fieri. proprie ꝛ p̄se. Unomō sicut ex puero fit vir. ꝛ generaliter ex imꝑfecto perfectum. Aliomodo sicut ecōtrario fit cōtrariū. vt ex aqua aer. Et drn̄t isti duo modi. qꝛ in primo illud ex quo dicitur aliud fieri non se habet in ratione termini mutationis. ꝯ magis in rōe vie vel mediū qꝛ iā mediat inter esse ꝛ nō esse. Sꝫ in scd̄o illo ex quo dicit̄ fieri aliq̄d se habꝫ in ratione termini quē oportet remoueri vt ad aliū terminū oppositū deueniatur. Ex hac drīa sequit̄ alia ꝙ in primo non fit reflexio sic̄ ex puero fit vir ꝯ nō ecōtra. Sꝫ cū re aliquo fit aliq̄d tanꝙ ex termino bene fit reflexio qꝛ quilibet termin⁹ potest habere ratonē primi ꝛ vltimi. sicut cum ex aqua fit aer potest fieri econtra. ꝛ notāter dicebat̄ in pricipio huius dōnis proprie ꝛ p̄se quia interdū dicim⁹ aliq̄d fieri ex aliquo vbi ex solū denotat ordinē ꝛ nō habitudinē alicui⁹ principii materialis ꝙ mutet̄ de vno in aliud sicut dicim⁹ ꝙ ex mane fit meridies. tale eni nō est proprie fieri qꝛ cū fieri sit quodā mutari oportet sibi aliud subici qd̄ mutet̄ de vno in aliud. Et vt habet textus fieri primomō dictū ī hoc assimulat̄ fieri in ꝓprie dicto ꝙ nō fit reflexio in ipo sicut enim ex viro nō fit puer ita ex meridie non fit mane. Tunc arguit̄ ad cōclusionē. illud ex quo fit aliq̄d primo mediū est inter duo extrema. s. inter ens ꝛ nō ens. nā vt dicit philosophus semꝑ est mediū inter esse ꝛ nō esse generatio. ita ꝙ fit existentis ꝛ non existentis ꝯ positis extremis impossibile est media esse infinita. Similiter illō ex quo fit aliq̄d scd̄omō iterū fit ex illo ita ꝙ ibi ē reflexio. ꝯ si inter ista duo ponerētur infinita media nō cōtingēt inter ea fieri mutuā reflexionē cū ergo materia dicatur id ex quo fit aliq̄d ꝛ nō dicat̄ fieri ꝓprie aliq̄d ex altero uni illis duob⁹ modis ꝛ neutro eoꝝ cōtingat ire in īfinitū. sequit̄ ꝙ in causis materialib⁹ nō est procedere in infinitum.

**Est tamen aduertendū. ꝙ** hoc est intelligendū in causis essentialiter subordinatis sic̄ ꝛ in eff. cientib⁹. in materialib⁹ enī reperit̄ ordo essentialis prout vna substātialiter in v̄tute alteri⁹ vt mixtum virtute elemēti ꝛ elemētum virtute materie prime. ꝛ reperit̄ ordo accidentalis sicut est ordo inter materiam. sortis ꝛ platonis. Et inter partes cōtinui acceptas per diuisionē ꝛ de talib⁹ materiis accidentalr̄ subordinatis procedūt ratiōes ante oppositū. qꝛ 2m potētiam successionis cōtingit ire in infinitū in partib⁹ materie ꝛ etiā in generationib⁹ nunꝙ tn̄ erūt infinite ptes materie nec etiam continui.

**Sed dubitat̄. cum materia** prima sit sempiterna quo illoꝝ modorū quibus dicit̄ ex hoc fieri hoc fit aliq̄d ex materia prima. Respōdet̄ ꝙ primo mō ꝛ nō scd̄omō qꝛ ipa materia mediat inter ens simpliciter ꝛ nō ens simpliciter ꝛ tn̄ ex ipa dicat̄ aliq̄d fieri tanꝙ ex subiecto qd̄ oportꝫ manere. ꝛ nō tanꝙ ex cōtrario vl' priuatiōe qꝛ ista corrūpitur ꝛ nō manēt in re facta. mō in scd̄omō illō ex quo fit aliq̄d corrūpit̄ ꝛ nō manet qd̄ materie prime nō cōpetit. cū sit sempiterna. Ad ante oppositū rationes patet solutō ex dictis. sequitur text⁹. āplius autem ꝛ quod est.

**Querit̃ quīto· vtruz infini**bus, ꝛ formis sit ꝑcessus in infinitū. Arguitur ꝙ sic. generantia sunt infinita cuz generatiões sint ꝑpetue. ꝫ omne generans intendit finez. ergo fines sunt infiniti. Secūdo infinite sunt spẽs numerorū cū numerus sit augmẽtabilis in infinitū ꝛ cuz figure mltiplicẽtur ꝫm numeros sequitur etiã ꝙ erũt infinite species figurarū ꝛ ꝑ cõsequẽs infinite sunt forme. Tertio aĩa rationalis est incorruptibilis ꝫ supposita ꝑpetuitate mũdi cũ pħo infiniti hoĩes iã ꝑcesserunt ꝛ etiã sine termino futuri sunt ergo infinite iã fuerũt aĩe ꝛ adhuc infinite future sunt ergo ꝛc. Ad oppositũ est pħs lo. quo ad vtrãqꝫ partem.

**Pro respõsione est sciendũ** ꝙ finia reperiunt̃ in duplici dr̃ã. Quidaz enim sunt abinuicẽ essentialiter subordinati vt virt⁹ ꝛ beatitudo euacuatio ꝛ sanitas. ꝛ de istis solũ est ad propositum. Alij sunt abinuicẽ accidẽtaliter subordinati vt finis currẽtis ꝛ finis scribẽtis ꝛ tales sunt infiniti in potentia vt arguit prima ratio ante oppositum.

**Tunc sit prima cõclusio· infi**nibus essentialiter subordinans nõ est ꝑcedere in infinitũ. ꝓbat pħus quadrupliciter. Primo id qd̃ est, cuius causa aliqd̃ fit vel est habet rationem finis ꝫ finis est illud quod non est propter alia. sed alia ꝑpter ipz. aut igit̃ est aliqd̃ tale aut nihil. Si primũ sequitur ꝙ ipm erit vltimum in hoc genere cause ꝛ sic nõ ꝑcederet in infinitũ. Si vero nihil tale inueniatur tũc nõ esset finis ꝛ sic tolleretur hoc genus qd̃ dicitur id cui⁹ causa fit vel est aliquid. Secũda ratio que ponit infinitatem in finib⁹, remouet causaz finalem vt cõclusum est. Remota causa finali remouetur natura. ꝛ ratio boni que est eadẽ ratio boni ꝛ finis. nã bonũ est quod omnia appetũt. ꝛ appetit⁹ tendit in finez. ꝫ hoc ẽ incõueniens igit̃. Tertia ratio nullus conatur operari nisi credat se vẽturuz ad aliquẽ terminuz. ꝫ finis habet rationẽ termini. ergo ponens infinitũ in finibus excludit oẽz conatũ ad operãduz. Quarta ratio ponẽs infinitũ in finib⁹ excludit terminuz ꝛ ꝑ cõsequens illd̃ cui⁹ causa fit aliqd̃. ꝫ omne agens per intellectum agit causa alicui⁹. ergo inter causas operatiuas nõ erit intellect⁹ practic⁹. hec autem sunt incõuenientia. ergo nõ est ponendũ infinituz in causis finalibus.

**Sed pro secũda ꝑte questiõis** est sciendũz. ꝙ ꝫm processuz in formis accipitur ꝑcessus in diffinitionib⁹ quia partes diffinitionis sunt forme propter hoc pħs lo. ostẽdit ꝙ vnius rei impossibile est infinitas esse formas ostẽdendo ꝙ in partibus diffinitiõis alicui⁹ rei nõ est processus in infinitũ nec in sursũ ascẽdendo. nec in deorsuz descẽdẽdo. ꝙ intelligẽdũ est de formis essentialiter subordinatis. Nec tñ est intelligendũ ꝙ in vno indiuiduo sint plures forme ꝫm rem. Sz bene sunt plures ꝫm rationẽ a quib⁹ sumũtur diuerse partes diffinitiõis ꝛ diuersa ꝑdicata essentialia abinuicẽ subordinata. verũ est tamẽ ꝙ in rebus necesse est tot gradus formarũ inueniri quot inueniunt̃ genera ordinata ꝛ differentie. Est enim in rebus inuenire aliq̃ formã que est substantia ꝛ nõ forma corporalis ꝛ aliq̃ corporalem q̃ nõ est forma aĩati ꝛ sic de alijs. ꝫ in eo de iste forme sunt eedem ꝫm rem.

**Tunc sit secunda cõclusio· in** formis essentialiter subordinatis non est ꝑcedere in infinitũ. ꝓbat pħus quadrupliciter. Primo probat statuz in sursum ascẽdẽdo quia forma prior est magis ens .i. cõior. et cause scõe ꝙ̃ posterior. ergo si non est prior neqꝫ posterior quia remoto cõiori remouet̃ min⁹ cõe. ꝫ si procederet̃ in infinitũ in formis sursũ ascẽdẽdo nõ daretur prima forma ꝛ per cõsequẽs tolleretur oĩs alia forma. Alia ratio. s. secũda probat statuz in deorsuz descendendo. nã impossibile est aliqd̃ perfecte scire prius ꝙ̃ ad indiuisibilia deueniat̃. i. ad formã specificaz indiuisibilẽ formaliter. quia scire aliqd̃ in vli tm̃ est ipm scire cõfuse ꝛ imperfecte in alio ꝛ nõ in ꝓpria forma. ꝫ si procederet̃ in infinitũ in formis deorsum nunq̃ veniret̃ ad indiuidua. ergo nihil ꝑfecte sciret̃. posset etiã hec ratio ꝓpꝛie statum in sursum intelligẽdo g

indiuidua genera generalissima que habent cōceptus simplices nō diuisibiles in genus et drām quēadmodū habent species. Tertia ratio vnū quodq; cognoscit per intellectū suę formę. sꝫ in formis procederet in infinitum. Cuꝫ infinitum ab intellectu nřo cōprehendi nō possit sequitur ꝙ nulla res alia a nobis cognosceret. ergo ⁊c. Sed cōtra obicit text⁹ qꝛ linea est in infinitū diuisibilis. ⁊ tamē est a nobis cognoscibilis igit̃. Respōdꝫ phus ꝙ linea fm ꝙ a nobis intelligit̃ accipit̃ vt finita qꝛ vt dicit nō est intelligere nisi statuentē finem. sꝫ fm ꝙ est diuisibil' i infinitas sectiones a nobis est incōprehēsibilis. Quarta ratio in omni eo qꝺ inuenitur necesse est intelligere materiā. sꝫ materie pro quāto priuationi est subiecta attribuit̃. ratio infiniti cū infinito nihil est esse ⁊ priuatio est ratio eius. ergo ex opposito esse est ratio finiti ⁊ per cōsequēs forme que dat esse cōuenit ratio finiti igitur in formis nō est processus in infinituꝫ. Ex dictis patet ꝙ in causis nō est procedere in infinitum secundum directum.

**Tertia cōclusio in causis nō** est infinitas fm speciem sic ꝙ sint infinite spēs causarꝫ. patet qꝛ tūc putam⁹ vnum qꝺq; cognoscere cū cognoscim⁹ oēs causas. sꝫ si alicu⁹ rei essent infinite causaruꝫ spēs. cū infinitū nō sit a nobis cōprehensibile nō cōtingeret oēs causas illius rei cognoscere ⁊ per consequēs a nobis excluderetur omnimoda rei cognitio.

**Sed dubitatur vtruꝫ infinitum sit a nobis cognoscibile.** Respondetur ꝙ duplex est infinitū. quoddam est infinituꝫ fm formam qꝺ est fm se maxime cognoscibile nō tn̄ cognoscit̃ ab intellectu nostro nisi sub certis limitib⁹ ⁊ finitus. Et talis infinitas dicit immēsitatē actualitatis ⁊ perfectionis. Et hoc mō primuꝫ ens infinitū reperit̃ tam super⁹ ꝙ inferius. intelligentie vero vt habet̃ inde causis finite sunt super⁹ qꝛ esse ab alio ꝑticipāt. Sed infinite oīo inferius qꝛ nō sunt recepte neq; receptibiles in materia. ⁊ ideo licet earꝫ actualitas simpliciter loquendo sit finita ⁊ mēsurabilis. non tn̄ intellectui nřo cōiuncto. Aliud est infinitū infinitate materiali ⁊ tale est in pfectū qꝛ est potentiale. Et de isto intelligit̃ textus cū dicit ꝙ nihil est infinito esse. i. ratio. ideo tale infinitū neq; fm se neq; a nobis est intelligibile qꝛ nihil est intelligibile nisi fm ꝙ in actu. Si tn̄ esset infinitū in actu fm magnitudinē vel numeruꝫ adhuc ab intellectu diuino cognosceret̃ qꝛ ei⁹ cognitio a rebus nō accipitur neq; mensurat̃ ⁊ sic patet ꝙ infinitū fm ꝙ infinitū qualitercūq; dicat̃ siue fm formā siue scꝺꝫ materiā ab intellectu nřo nō est cognoscibile.

**Tunc ad rationes ante oppositū.** Ad primā ⁊ scꝺā patent solutiones qꝛ soluꝫ arguunt de accidētaliter subordinatis. Ad terciā dicit̃ ꝙ fm veritatē mūdus incepit esse ⁊ ita fuit vn⁹ prim⁹ homo. ⁊ vna prima aīa humana. Cōcedēdū est etiā ꝙ mūdus corporeus sic desinet esse sic ꝙ nō manebit in statu in quo est. Et ita cessabunt generationes ⁊ corruptiones quare anime rationales erūt numero finite. sequit̃ textus. Contingunt autē auditiones ⁊ cetera.

**Queritur sexto vtruꝫ in omnibus scientijs sit querenda certa demōstratio.** Arguit̃ ꝙ sic illud est querendū in qualibet scientia qꝺ ꝑtinet ad rationē scie. sꝫ acquiri ꝑ certā demōstratonē ꝑtinꝫ ad rōeꝫ scie ergo ⁊c. Scꝺo si in aliq̄bus nō esset querēda certissima demonstratio maxime esset in naturalib⁹ fm ꝙ dicit̃ in textu. sꝫ hoc nō qꝛ phisi. habet demonstrare ꝑ oēs causas sꝫ illa demōstratio que simul ꝓcedet ꝑ omēs causas est certissima. ergo in naturalib⁹ sunt querēde certissime demōstrationis. Ad oppositum arguit̃ ꝑ philoso. dicētēꝫ acribologia vero mathematica nō in oībus est expectanda sꝫ in nō habentib⁹ materiam.

**Pro responsione est primo** sciendū. ꝙ postq̄ phus ostendit qualiter homo se habeat ad cognitionē veritatis ⁊ ad quā scientiā ꝑtineat maxime cognitio veritatis. cōsequēter ostendit moduꝫ cōsiderandi veritatis. Primo ostendendo impedimēta que ꝑueniūt in tali cog

nitione. ⁊ scḋo ponēdo remedia contra
illa impedimenta.

**Ubi secundo est sciendū ꝙ**
in generē possunt colligi tria impedimē
ta in cognitione veritatis. Primū est
mala consuetudo. sicut libenter audiēdi
falsa vel cōsiderādi. nā vi habeť in de me
moria ⁊ reminiscentia. Cōsuetudo est al
tera natura ideo homo ferť in id qḋ con
suevit tanꝙ in aliquid sibi naturale ideo
ea que cōsueta sunt libentius audiunť ⁊
facilius retinenť. quare dicit phus ꝙ illḋ
qḋ cōsuetū est semper nobis notius est;
quod probat a signo de legib⁹ humanis
tus inventis ad cōversationē civilem in
quibus audientib⁹ propter cōsuetudinē
eoꝝ in modo vivendi ⁊ conversandi. q̄s
daꝫ plus valent fabulanter ⁊ puīliter dic
ta dato ꝙ sint falsa quibusdā veris excer
ta ratione demōstrans. aliud impedimē
tum provenit ex parte nature individue
vnde habentes fortē ymaginationē solū
querere volunt fortē scientiā circa mathe
maticalia. Alij vero habentes intellectū
multū cōphensū ad sensū nihil credere
volunt nisi sensibiliter ⁊ exemplariter eis
ostendatur. Alij vero volūt semp aliquā
auctoritatē adduci in testem quos com
parat aristo. illis qui rem magis emūt
ex affectu vendentis ꝙ in valore rei. Isti
enim attendūt magis quis dicat ꝙ quid
dicitur. istud etiā potest cōpetere talibus
ꝓpter intellect⁹ debilitatē. propter quaꝫ
nō possunt percipere evidentiā demon
strationū ideo querunt oppinionē alicu
ius autentici. vt ei credere possint. Alij
vero habentes intellectū minime impedi
tum ex pte corporis volūt habere in omī
bus. atribologiā mathema. i. certissimā
declarationem. Alij sunt q̄ veritates al
tissimas propter debilitateꝫ intellect⁹ cō
prehendere nō possunt. aut etiaꝫ propter
micrologiā. i. minoꝝ rō signationē quia
scꝫ cōsueti sunt minima cōsiderare. i. ad
**Queritur quinto vtrū omne nomen significet vnum tantū.** Arguitur ꝙ nō quia omne nomen est vel vniuocū vel equiuocū vel analogum. Sed de equiuoco et analogo notū est ꝙ plura significat ⁊ de vniuoco patet quia nomen vniuocū nō dicitur vnius ad vnū tantum. igitur oportet ipm̄ plura significare. Secundo sic sequeretur ꝙ omnis propositio esset singularis patet cōsequentia quia ex quo subiectū cuiuslibet ꝓpositionis significaret vnū tantū pro vno solo supponetur ergo ⁊ cetera. Tercio concretū de genere accidentis significat subiectum ⁊ accidens. ergo nō omne nomen tantū vnum significat. In oppositum arguit̄ per philosophū sic dicentem non vnum significare nihil significare est ⁊ subiungit causā quia nihil cōtingit intelligere non intelligentem vnum. ⁊c.

**Pro responsione primo sciendū est** ꝙ nomē dicatur quasi nota mētis siue notamē. i. nota conceptus mentis. ideo oportet ꝙ sicut mens cognoscit ita ⁊ vox habeat exprimere ⁊ significare q̄re si mēs vno actu nō possit intelligere nisi vnū sequitur ꝙ nomē quod est vere vnum non potest exprimere seu significare nisi vnū. ⁊ si sit aliquod nomē quod diuersis hominibus possit diuersa representare aut ab eisdem proferri vt diuersa exprimat vt est equiuocū non debebit proprie dici vnum nomen. s. plura noīa non potest etiam tale nomen equiuocum vni homini simul ⁊ semel diuersa representare nec ab eodem homine proferri vt signum expressiuū diuersorū conceptuum. ⁊ hoc est quod solet dici ꝙ noīe semel posito non cōtingit equiuoce vti.

**Secundo sciendum est ꝙ in** noīe vocali de quo est questio duo reperiuntur scilicet materia ⁊ forma. materia est ipa vox. forma est litteratio siue de articulatio ⁊ formatio litterarum ⁊ ordinatio in sillaba ⁊ sillabarum in dictione. ⁊ hec dicitur forma substantialis nominis que variari nō potest nisi variato nomine. ſ alia est forma accidentalis nominis sic formato que est rei significatio. ⁊ potest hec forma variari ⁊ multiplicari nomine manēte vno quo ad duo predicta vt in noīe equiuoco. ſ quia ab hac forma significatiōis capit completā rationem nominis ideo proprie loquendo vbi est pluralitas significationis. ibi nō est vnitas nois simpliciter.

**Tertio sciendum est ꝙ in significatione duo** sunt scilicet illud cui nomē imponitur ⁊ id a quo qualitas est id a quo nomen imponitur. ⁊ substātia significata per nomen est id cui nomen imponitur. ideo nō dicit grāmaticus ꝙ nomen significet ipam qualitatem ſ substātiam cum qualitate.

**Ultimo est sciendum ꝙ aliqui** sic exponunt auctoritatem aristotilis allegatam post oppositū quia omne nomen vel est singulare vel cōmune. Si singulare clarum est ꝙ vnum significat. si cōmune dicunt ꝙ significat vnum quia qd significat plura significat vnū ⁊ ita noluit ꝙ in illa auctoritate intelligatur tantum dicendo ꝙ vnū nomen significat vnū tantum. ſ hec expositio nō est secundū intētionem textus. Alii exponunt dicentes ꝙ vnum accapitur prout conuertitur cum ente ⁊ ita dicūt ꝙ omne nomē significat vnū quia significat ens. ſ iterum hec expositio corrumpit textū. ideo ipa dimissa ponitur hec.

**Conclusio. vnum nomē vnū** tantū significat. probat philosophus quia nihil contingit intelligere nō intelligentē vnum. ergo nō nomen sit nota conceptus mentis ⁊ ab hoc accipiat vim ⁊ rationem nominis sequit ꝙ vnum nomē significat tm̄ vnum tam ipi proferenti quam ipsi audienti nec est instantia de nomine equiuoco propter causam dictā quia nō equiuocum non est vere vnum nomen ſ solum ibi est vnitas materie scilicet vocis ⁊ dispositiōis siue aptitudinis ad significationem que aptitudo fit per vocis articulationem ⁊ litterationem. ſ non est vnitas significationis a qua capit cōpletam rationem nominis. Nomē vero analogum ⁊ proferenti ⁊ audienti exprimit ⁊ representat plura. nō vt plura sunt ⁊ distincta. ſ ꝙ faciunt vnum vnitate analogie ⁊ sic nomen analogum iam habet vnitatem nominis maiorem quā habeat nomen pure equiuocum. Nomē vero vniuocum habet vnum significatum. scilicet ipam naturam cōmunem multis cōmunicabilem. ſ bene habet plura supposita. s. ea quib⁹ cōmunicari potest respectu quorum dicitur vniuocum. ſ hec supposita nō significātur per nomen vniuocū nisi extenderemus significare ad supponere. Et adhuc quāuis nō cōmune vniuocū supponat pro suppositis nature significate per ipm tamen nō significat ipa distincte ſ sub confuse scilicet prout habent vnitatem in tali natura ⁊ sic dato ꝙ diceretur ea significare hoc modo nihilhomin⁹ significaret vnū quia significat illa sub vna ratione quia ad vnitatem nominis sufficit ꝙ ratio a qua imponit nomē sit vna.

**Et hic est aduertendū ꝙ natura** cōmunis pluribus cōmunicabilis potest sumi dupliciter. Uno modo secundum se et absolute ⁊ sic significatur nomine cōmuni supposite simpliciter. Alio modo vt in suppositis ē distributa ⁊ hoc modo significat nomine cōmuni distributo quod quidem nomē cōmune distributum adhuc nō dicitur significare supposita. ſ bene suppositione. nā distributio est quedam species suppōnis. ⁊ ideo propositio in qua subicitur nomē cōmune distributum adhuc est vna. ⁊ adhuc si diceretur nomen commune significare

Sua supposita nihilominus significaret vnum qua significaret ea vt conuenien-tia in vna natura cōmuni in ipsis existen-te per vnam rationem ⁊ sic non significaret plura vt plura sunt. ſ aliquibus videtur inconueniens ꝙ propositio cuiꝯ subiectū est nomen cōmune supponens simpliciter sit singularis. ſ distinguenduz est de singularitate quia quedā est suppositi ⁊ hec solū reperitur in subiecto significāte hoc aliquid. Alia ē singularitas nature siue essentie q̄ sumit ab vno qd̄ cōuertitur cū ente co.s. ꝙ talis natura in se est indiuisa ⁊ diuisa essentialiter a qualibet alia ⁊ ista singularitate propositō cuius subiectum est nomē cōmune supponens simpliciter potest dici singularis. et sic patet responsio ad quesitum.

Ad ante oppositū rationes due prime solute sunt. Ad tertiā dicitur ꝙ concretuz solū significat accidens. sed ex modo significandi dat intelligere subiectum ⁊ quandoqꝫ pro illo supponit.

Queritur sexto. vtruz primū principium sit a methaphisico per demōstrationē notificabile. Arguitur ꝙ sic qr methaphisicꝰ cōsiderat principiuz primū nō soluz vtendo ipo vt quadaz suppositione. quia si sic nō differret a cōsideraꝫ ipm a particularibus artificibus. ergo considerat ipm notificādo ſ nō diffinitiue nec diuisiue. cum illud sit quodā cōplexuz. ergo cōsiderat ipm demonstrando nec potest dici ꝙ dialetice probando quia non est oppinabile. eo ꝙ nō contingit mente formidare de eius opposito. Ad oppositum est philosophus.

Pro responsione sciendum est. ꝙ postquā aristotil. ondit ꝙ eiusdem scientie. s. istius est cōsiderare primā substantiaz ⁊ primas dignitates ⁊ maxime primam illaꝝ. ⁊ ostendit que dignitas sit prima simpliciter cōsequēter venit ad notificandū huiusmodi primaz dignitatez que dicitur primū principiū cōplexoꝝ ꝯmō quo notificabilis est methaphisicis cui nō solū cōsiderat primū principium vtendo ipso ſ etiā notificando ⁊ hoc est sibi proprium.

Secundo sciendū est. ꝙ circa primum principiū fuit duplex error antiquoꝝ. aliqui enim errauerunt negātes primum principium dicētes ꝙ contingit idem simul esse ⁊ nō esse. ⁊ sic contradictoria simul verificantur de eodem. Alij vero errauerunt circa ipm nō negantes ſ volentes ipm notificare per demōstrationem. ⁊ talis error contingit istis propter ineruditionem artis loyce. quia nescierunt quoꝝ esset demonstratio ⁊ quoꝝ nō. ſ credebant ꝙ omniuz posset esse demonstratio ⁊ huic errori occurrit aristotiles supponendo ea que in libro posteriorum determinata sunt scilicet ꝙ non omniuz est scientia per demonstrationez ymmo principioꝝ ⁊ maxime primi principij est scientia indemonstrabilis.

Sed contra primuz errorem sit hec cōclusio. impossibile est idez simul inesse ⁊ nō inesse eidem ⁊ contradictoria simul esse vera de eodem. probat aristotiles disputando in cōmuni contra negātes primum principium septem rationibus. Pro prima ratione premittit duas suppositiones. prima est ꝙ nō significat aliquid ⁊ ipi proferenti ⁊ etiam audienti quod si non concedat aduersarius non erit cuz eo disputandū. non significantibus enim nominibus aufertur ab eo intencio disputare. nam talis erit similis plāte ⁊ deterior bruto. nam ⁊ bruta per voces suas ymaginationes significant. iterum negans vocez sic significare negando ponit eam sic significare. quia hoc negare nō potest nisi loquēdo vel aliquid significādo. Secunda suppositō est. ꝙ omne nomen tantū vnum significat. ꝑbat textus quia nihil contingit intelligere non intelligentem vnum ergo ⁊ cetera qd̄ nō significat vnū nihil significat. cōsequentia tꝫ qr noīa significāt cōceptꝰ intellectꝰ. Itē vel qd̄libet nomē significat vnū vel plura. si primuz habetur intentum. si

plura vel significat finita vel infinita. si vero significat finita ⁊ fm rões finitas tunc cuilibet rõi potest adaptari vnū nomē ⁊ sic iā vnum nomen vnū significabit. Si aūt dicat aduersarius ꝙ vnū nomen significat infinitas rationes hoc est impossibile qꝛ vtiam dictum est nihil contingit intelligere non intelligētem vnum. Et sic intellect⁹ simul intelligeret rões infinitas qḋ est impossibile. ex hiis suppositionib⁹ infert text⁹ capiēdo vnū pticulare nomē. s. ꝙ hoc nomē significat esse hominis. i. ꝙ qḋ est esse hoīs puta aīal bipes. ⁊ nō significat oppositū. s. nō esse hominē ꝫ seu nō aīal bipes. pbano ꝙ homo significet vnū. s. vnū simpliciter ⁊ nō vnū qꝛ de vno. qꝛ si diceremus ꝙ nō significat vnū qꝛ significat que verificantur de vno sequeret̃ ꝙ ista albū musicū vnum significarēt qꝛ hec verificant̃ de vno. ⁊ ex hoc sequeret̃ ꝙ oīa essent vnū. sic igit̃ homo significat vnū simpliciter. s. fm rōem sed esse hoīem ⁊ nō esse hoīem magis distinguūtur fm rōnem ꝙ homo ⁊ albuꝫ ergo si homo nō significaret esse hoīem ⁊ albū ꝓpter rationis distinctionē sequitur ꝙ nō significat esse hoīeꝫ ⁊ nō esse hominē nisi diceret̃ ꝙ significaret illa fm equiuocationem. puta id qḋ vocam⁹ hoīem in vna lingua alqui vocāt nō hominem in alia lingua. Sed nr̃a disputatio in pn̄ti nō est si idem fm nomē cōtingat esse. ⁊ nō esse ꝭ si ideꝫ fm rem cōtingat esse et nō esse. Itē si homo significaret esse hominē. i. aīal bipes ⁊ simul significaret nō esse hoīeꝫ. i. nō aīal bipes. cum maior sit distinctio inter esse hoīeꝫ ⁊ oppositū ei⁹ ꝙ sit inter esse hoīeꝫ ⁊ lapidē ⁊ equū ⁊ generaliter oīa alia ⁊ negationes etiā omniū aliorꝫ. sequeret̃ ꝙ homo significaret esse hominꝫ ⁊ oppositū ei⁹ ⁊ oīa alia ⁊ negationes omniū aliorꝫ. ⁊ cū nomē vt ꝓbatū est debeat vnū significare fm rationē sequeret̃ ꝙ oīa essent vnū simpliciter. s. fm rationē qḋ tn̄ habebāt aduersarij pro incōueniēti. Habetur igit̃ primo ꝙ nomina significāt aliquid. scḋo ꝙ omne nomen simpliciter vnū significat. ⁊ tertio ꝙ hoc nomē homo significat quidditatē vel ꝙ quid est hoīs. i. aīal bipes ⁊ non significat nō esse hoīem. ꝭ hoc significat̃ per nō homo. Tūc sic formatur prima ratio. necesse est ꝙ homo sit aīal bipes qꝛ hec est ratio quā significat hoc nomē homo fm qḋ necesse est esse. ꝭ qḋ necēē esse nō cōtingit nō esse. hoc eni significat necessariū. i. nō cōtingere nō esse. ergo impossibile est hoīem nō esse aīal bipes ⁊ ꝑ cōsequēs nō cōtingit vtrūqꝫ esse verū scꝫ hominem esse aīal bipes ⁊ hominē non esse aīal bipes siue idem esse ⁊ nō esse. Sꝫ forsan aduersari⁹ interrogat⁹ an sit necesse hominē esse aīal bipes poterit nō respondere affirmationē tm̄ vel negationeꝫ tm̄ ꝭ vtrūqꝫ simul. dicendo ꝙ necesse ē hominē esse animal bipes ⁊ nō esse aīal bipes. hanc cauillationē excludit philosophus quia sic respōdendo nō respōderet ad interrogatū simpliciter. nā fm aduersariū de homine nō duꝫ verificat̃ esse hominem ⁊ oppositū ei⁹. ymmo etiā verificantur affirmationes ⁊ negationes omnium aliorꝫ rerū. ergo cū interrogatur aduersarius solū de quidditate hoīs vel ipse habebit respondere simul oīa que secundū ipm de homine vere affirmantur vel habebit simpliciter ⁊ solū respondere ad interrogatū. Nō potest dici primū qꝛ illa sunt infinita. nā infinita eidem accidunt. ergo talis responsio nulla est. Secunda ratio ducit ad istud inconueniens si affirmatio ⁊ negatio verificent̃ simul de eodem sequitur ꝙ nihil predicabitur in quid siue substātialiter. ꝭ solum per accidens. Ex quo sequitur ꝙ in predicationibus erit procedere in infinitū quia si omne quod predicatur ꝺ aliquo predicetur per accidens iterum illud predicabitur ꝺ alio per accidens ⁊ sic in infinitum. Ultra sequitur ꝙ nullum erit predicatū vniuersale quia illud dicitur predicatuꝫ vniuersale de aliquo quod predicatur de ipso per se ⁊ secundū ꝙ ipm ⁊ nō per aliud Primam cōsequentiam probat philosophus quia vnius rei sunt plura accidentia tamen vni⁹ rei est vna substantia. qḋ tamen nō cōtingeret si de qualibet re verificaretur suum esse ⁊ oppositum eius.

Tertia rō ducit ad istud incōueniens qꝛ oīa essent vnū qꝛ de vno quoqꝫ magis videt̄ p̄dicari negatio alteri⁹ rei quā negatio ꝓpria. modo s̄m ipos de quocunqꝫ p̄dicatur negatio, ꝛ affirmatio. ergo affirmationes ꝛ negationes omniū de eodem p̄dicabūtur igit̄ oīa erunt vnum.

Quarta ratio vr̄ solū esse declaratiua p̄cedentis rōis que sic format̄. si affirmatio ꝛ negatio de eodē verificent̄. aut ita ē in oibus aut in aliq̄bus tm̄. Si dicat̄ s̄m iā habet̄ ꝙ nō est vlter verū cōtradictoria simul esse vera. si dicat̄ primū hoc contigit dupl'r. vno mō vt de quocūqꝫ sunt vere affirmationes etiā vere sunt negationes ꝛ ecōtra. ꝛ tūc sequit̄ incōueniēs illatū in p̄cedenti rōe. alio mō vt de quibuscunqꝫ verificent̄ affirmationes ꝛ etiā negationes s̄ nō ecōtra. ꝛ si hoc dicat aduersari⁹ sequitur ꝙ negatiua ꝓpositio etiā certior affirmatiua eo ꝙ quādocūqꝫ affirmatiua etiā vera negatiua etiā vera s̄ nō ecōtra ꝛ hoc est qđ ista rō superaddit p̄cedēti. Quinta rō que ducit ad hoc incōueniens ꝙ simul aliquis verū dicet ꝛ mentietur. ymmo dicēdo verū se ipm mētiri cōfitebit̄.

Sexta rō si idē esset ire domū, ꝛ nō ire sequeret̄ ꝙ existens extra domū nō deberet ire domū s̄ quiescere. qꝛ hoc ipm quiescere esset ire domū. Septima ratio in natura entiū oportet ꝙ aliquid sit magis ꝛ minus verū. sicut nō similiter se habet ad veritatem dicere ꝙ duo sunt paria ꝛ tria paria. similiter nō oia sunt equaliter falsa. s̄ s̄m magis ꝛ min⁹ vt min⁹ falsū est dicere quattuor esse quinqꝫ ꝙ q̄ttuor esse mille. s̄ vbicunqꝫ est aliquid magis ꝛ minus tale. ibi est reperire simpliciter tale. ergo est dare aliquid verū simpliciter ꝛ etiā aliquid falsū simpliciter ꝛ sic nō oia sunt vera. nec oia falsa. nec omnia vera et falsa simul.

## Alia conclusio· primū principium nō est a methaphisico ꝑ demōstrationem simpliciter notificabile.

s̄ est notificabile ꝑ argumētationē elenthicā contra negantē ipm. primū patet qꝛ nullū est notius simpliciter neqꝫ nobis primo principio. s̄m ꝓbatur per rationes philosophi prius adductas.

## Ad ante oppositū rationes

dr̄ ꝙ aristotil. notificat primū principiū nō directe demōstrando s̄ remouēdo errores circa ipm ꝛ arguēdo ex minus notis simpliciter. tm̄ ex cōcessis ab aduersario. etiā potest notificari per significationē terminoꝝ ex quib⁹ cōstituit̄ apponendo terminos. quā expositionē tradit aristo. in quinto hui⁹. sequit̄ text⁹. Est aūt ab ea oppinione siue ymaginatione ꝛc.

## Queritur septimo· vtrū oē

qđ apparet sit verū. Arguit̄ ꝙ sic quia omne qđ appar; vel appar; sensui vel intellectui. sed sensus ꝛ intellect⁹ nō decipiuntur circa propria obiecta igitur. Secūdo sic ens ꝛ verū cōuertunt̄. s̄ omē qđ appar; est ens qꝛ nō ens nō est natū mouere aliquā potentiā aꝑhensiuā. ergo oē qđ apparet est verū. Tertio sic falsum nullū est. ergo nō potest apparere. ergo omne qđ apparet est verū. Ad oppositū est philosophus in littera.

## Pro responsione est primo

sciendū. ꝙ postq̄ phus posuit rōes cōmunes ad arguendū cōtra negātes primū principiū cōsequēter ondit quomodo diuersimode sit ꝓcedēdū cōtra diuersos qui ex diuersis vijs in talē errorē deuenerūt. Quidē enim dixerūt ꝙ cōtingit idē simul esse ꝛ nō esse, coacti aliqua ratione sophistica quā soluere nequiuerunt ꝛ tales sunt facile curabiles qꝛ per solutionem rationū quib⁹ decipiūtur ab errore suo curabunt̄. ideo cū istis ꝓcedit phus ponēdo ꝛ soluendo apparentias eorum. Alij vero dixerūt cōtradictoria simul verificari de eodē nō moti aliqua ratione s̄ sola proteruia voluntatis. Et istis hoc cōtingit ex ineruditione in arte loyca quia ignorauerūt quoꝝ ē demōstratio ꝛ quorum nō. quare omnē ꝓpositionē asserere voluerunt cui⁹ opposita certissima demonstratione demōstrari nō potest ꝛ sic cōcesserūt oppositū primi principij. qꝛ primū principiū demōstrari nō potest. ꝛ isti sunt peiores alijs ꝛ incurabiles necē aliu s mod⁹ procedēdi cōtra ipos nisi ꝑ viā facti. ꝛ per rationes sumptas ex signi

ficationib⁹ terminoꝝ sicut in rationibus ꝓmissis ꝓcessuꝫ est. ſ circa apparentiam suasoꝝ aliqua ratione.

**Secundo sciẽdum est ꝙ illi** sic arguebãt ex nihilo multũ fit. ergo omne qd̃ fit preexistit in illo ex quo fit. ſ videmus cõtraria fieri ex eodẽ vt ex aqua fit aer calidus ⁊ terra frigida. ergo cõtraria simul sunt in eodẽ ⁊ per cõsequẽs contradictoria. ⁊ hac ratione ponebat anaxagoras ꝙ licet in quolibꝫ existere. Ad hoc respondet aristo. ꝙ in parte verum dixit ⁊ falsum in parte. vnde ẽm hoc ꝙ dixit ex nihilo nihil fieri. ⁊ omne qd̃ fit aliquomodo preexistit in illo ex quo fit verũ dicunt Sꝫ falsuꝫ ⁊ male cõcludũt ꝙ cõtraria et cõtradictoria simul sint actu in eodem. et isti decepti fuerũt ignorãtes naturam entis in potentia.

**Tertio est sciẽnduꝫ ꝙ alius** fuit error quorũdaꝫ dicentium oẽ qd̃ apparet esse verũ ita ꝙ rei veritas nõ est sumẽda ẽm aliquid qd̃ reperiatur fixum ⁊ determinatũ in re. ſ solũ est sumẽda ẽm ꝙ nobis apparet. Ex quo sequit̃ prima error. s. duo contradictoria sunt simul vera ⁊ iste reducibilis est ad ipm̃ q̃ simul diuersis hoĩbus vel successiue eidẽ hoĩ vel in eodeꝫ tẽpore ẽm diuersos sensus possũt apparere cõtraria ⁊ cõtradictoria Et similiter in diuersitate aĩalium qd̃ vni apparet dulce ⁊ cõueniens. alteri appareꝫ amarũ ⁊ discõueniẽs. ⁊ sic volunt isti ꝙ cuilibet credat̃ ⁊ per cõsequẽs ꝙ quicqd̃ apparet sit verũ. cui ꝯsecte fuit eciã cliptus democritus etiã propter dictas apparentias posuit ꝙ multuꝫ est determinate verũ in rebus vel si sic est nobis immanifestum q̃ cognitioneꝫ reꝝ accipim⁹ per sensum. ſ iudiciũ sensus nõ est certũ. cũ non semꝑ eodem modo iudicet ideo conclusit ꝙ nulla certitudo vꝫ nobis d̃ veritate

**Sciẽnduꝫ est vlterius ꝙ de**cepti ratione sophistica ex dicti radice decipiũt̃. Prima fuit q̃ nõ ponebãt differẽtiam inter sensum ⁊ intellectũ. ⁊ q̃ cognitio sensus fit per quãdaꝫ alterationẽ sensus a sensibili. ideo dicebant ꝙ cognitio sensus. respondet nature rei sensibilis. ergo qd̃ videt̃ per sensuꝫ de necessitate ẽ verum. ⁊ q̃ oĩs cognitio est sensitiua sc̃dm eos. sequiturq; oẽ qd̃ alicui apparet ẽ verũ. ſ hec rõ nõ solũ deficit ponẽdo intellectũ ⁊ sensum esse ideꝫ. ſ etiã ponẽdo sensum nunꝗ falli de sensibus. fallit̃ enĩ de sensibus cõibus de sensibilibus per accidẽs. ⁊ quãdoq; de ꝓprijs. nec etiã oportet ꝙ si cognitio sensus fiat per impressionem factã a sensibili in sensuꝫ ꝙ semper iudiciũ sensus correspõdeat nature rei sẽsibilis. nõ enĩ oportet ꝙ actio agẽtis recipiatur in patiente ẽm moduꝫ agentis ſ recipitur ẽm modũ recipiẽtis ⁊ q̃ sensus nõ est semꝑ eodeꝫ modo dispositus ad recipiendũ formã sensibilis. ideo non semꝑ iudicat de sensibili conformiter ad naturã sensibilis. Ex hac radice posuerũt empedocles ⁊ democritus prudentiaꝫ permutari in hoĩbus ẽm mutationẽ habitus corporalis seu cõplexionis q̃ credebant intellectũ nõ differre a sensu ⁊ dixit homerũ fuisse de tali oppinione. q̃ videt̃ dixisse hectorẽ de quodã vulnere per cursum alia ⁊ alia sapere ꝙ prius ꝓpter varietatem habit⁹ corporalis. Cõtra istos ponit ph̃us vnã inuectiuã dicens ꝙ grauissimũ accidẽs est in istis ꝙ erãt maxime querentes veri inter ceteros ⁊ tamẽ tales sñias de veritate proferebãt dicẽtes multũ esse in rebus determinate verum ſ veritatẽ solum cõsistere in apparere qd̃ si ita esset vanũ esset studio veritatis vacare. nã idem esset volatilia prosequi ⁊ ꝗ querere veritatem.

**Sciẽnduꝫ est vlteri⁹ ꝙ alia** radix erroris istoꝝ fuit q̃ credebãt omne ens esse materiale ⁊ sensibile. ⁊ q̃ in materialibus multũ est de natura infiniti ꝓpter naturã materie que est in eis ⁊ de se nõ est determinata ad vnũ. ideo dixerũt ꝙ in rebus nihil est determinatũ. Ultra dixerũt oẽs res esse in cõtinuo motu. ſ de eo qd̃ mouet̃ quãdiu mouet̃ multũ potest determinate verũ dici. inde concludebant veritateꝫ propositiõis nõ sequi mõdũ determinatũ essendi in reb⁹ ſ modũ illius quod apparet cognoscenti. ita vt idem sit esse verum ꝙ alicui apparere. Et

Ex hijs radicib⁹ venit illa eracliti extranea oppinio q̄ nō cōtingit eundē bominem bis intrare eundē flumē propter pmutationē tā bois quā fluminis. vnde quidā deuenerūt in tantā fatuitatē q̄ nō audebāt verbo exprimere. Sed ad aliquid exprimendū solum mouebāt digitū ⁊ hoc q̄a credebāt veritatē rei prius transire quā formaret orō. ſ breui spacio mouebant digitū. Sed ad primā hui⁹ radicis tā in octauo phisicoꝝ ostensum est q̄ nō oē ens est sensibile ⁊ materiale. etiā q̄ nō oē corpus est generabile ⁊ corruptibile. ⁊ vltra q̄ nō omne generabile ⁊ corruptibile in cōtinua trāsmutatione pseuerat. Ostensuꝫ est etiā in phicis q̄ licet materia quantuꝫ est de se sit indeterminata tñ determinat̄ p formā ad vnū modū essendi. ⁊ cū res cognoscat̄ per suā formā magis q̄ p materiā nō est dicendū q̄ nō possit haberi d̄ rebus determinata cognitio. vnde cōtra hanc radicē de natura ⁊ mutabilitate sensibiliū ponit text⁹ sex rōes. Cōtra aliā radicem de apparētia sensuū ⁊ diuersitate sensus ⁊ intellect⁹ ponit septē alias rationes. ⁊ cōtra illos qui ex sola proteruia voluntatis sine ratione sic enūciauerūt ponit duas rōes ad hoiem ⁊ alias ꝯtra eos secundū ⁊ veritatē q̄ clare sunt i textu breuitatis causa omittūtur. ex quib⁹ rationibus cōcludit pħus q̄ inter omēs snias ista est firmissima q̄ contradictoria non possunt simul esse vera.

Ulterius sciendū est propꝯsito q̄ ens ⁊ verū eādē naturā importāt ſ diuersimode. vnde sicut res per propriam formā per quā ponit̄ in actu habꝫ q̄ sit ens ita per eandē formā nata est se ipsam intellectui repñtare. ⁊ de se ipsa facere verā extimationē. ⁊ ex hoc res denominatur vera ⁊ hoc loquēdo de re naturali per cōparationē ad intellectū nrm̄ speculatiuū. ⁊ de veritate qua dicit̄ vera p cōparationē ad talē intellectū. nā res naturalis per cōparationē ad intellectū diuinū sortit̄ denoiationē veri q̄ per suā formā adequat̄ precōceptioni intellect⁹ diuini quā habꝫ de ipa re. sicut hoc modo dr̄ res artificialis vera per cōparationeꝫ ad intellectū nrm̄ practicuꝫ q̄ .s. conformatur p̄cōceptioni practice nostri itellectus de ipa re. ex quib⁹ patet q̄ ab eo de res habet q̄ dicat̄ ens ⁊ vera ſ nō habet denoiationem veri nisi per habitudinem ad intellectū quā habitudineꝫ addit nomen veri supra habitudineꝫ entis. Ideo in scdo dicebat̄ q̄ sicut se habet res ad esse ita ad veritatē. ideo cōsequenter diffinitur veritas. q̄ est adequatio rei intellecte ad intellectū. Ex isto sequit̄ q̄ falsuꝫ se habet ad ens ⁊ verū sicut malū ad ens ⁊ bonū ⁊ ita sicut omne malū necessario ē in aliquo bono vt in subiecto q̄ non est dabile malum per essentiā. similiter omne falsum est in aliquo vero tanq̄ in subiecto q̄ falsum se ipm̄ sufferre nō potest.

Ultimo sciendū est. q̄ neq̄ sensus neq̄ intellect⁹ per se decipit̄ circa ꝓprium obiectū ſ bene per accidēs sicut sensus decipit̄ vel propter indispositionē obiecti vel q̄ est nimis debile vel nimis excellens. aut propter indispositionē medij vel organi. ſ supposita debita dispositione medij ⁊ organi ⁊ debita applicatione sensibilis ad sensū sensus nō decipit̄ circa propriū obiectū. similiter q̄ intellectus nihil intelligit nisi per cōuersionē ad fantasmata. ⁊ in sua cognitione ꝓcedit d̄ potentia in actū. ideo per accidēs decipi potest circa proprium obiectū formādo diffinitionē significātē qd̄ quid est alicuius rei vt patebit in quinto nunq̄ tamē per se decipit̄ circa proprium obiectum.

Quibus notatis sit hec conclusio. nō omnia apparētia sunt vera. patet q̄ tā sensus q̄ intellect⁹ decipi potest per accidens circa obiectū propriū. pōt etiā vterq̄ decipi circa obiectū cōe ⁊ circa obiectū per accidēs. ergo nō oportet oē apparēs esse verū. Itē eadē sunt principia esse rei ⁊ veritatis. ergo ab eo qd̄ res est vel nō est dicit̄ orō vera vel falsa. ergo nō dr̄ vera aut falsa ex eo q̄ nobis apparet vel nō apparet. Itē si omne qd̄ apparet esset verū sequeret̄ q̄ duo cōtradictoria essent simul vera. patet q̄ vnū contradictoꝝ apparet vni ⁊ alterū alteri. similiter aliquid nūc apparet vno modo.

deinde aliomõ ymmo e tã simul vnum sm vnũ sensuz potest apparere vnũ ⁊ sm aliũ sensum aliud ⁊ etiã sm sensuz ⁊ sm intellectũ possunt simul eidem apparere duo cõtradictoria. Itẽ sol nobis apparet minor terra ⁊ tñ demõstratione certissima ⁊ indubitabili potest ondi qȝ ẽ maior tota terra. ergo non oẽ qd apparet est verum.

**Tunc ad ante oppositũ rationis.** Ad primã dicẽdũ est qȝ sensus et intellect⁹ circa propriũ obiectũ bene per ncadus decipiuntur. Ad scdãm dicẽ qȝ omne qd apparet est ens. ꝭ nõ est illud ens qd apparet ideo nõ sequit qȝ omne apparens sit verũ qȝ verũ vltra ens importat cõformitatẽ intellect⁹ ad rem. Ad tertiã d. eẽ qȝ licet falsũ formaliter sit nõ ens tñ quantuz ad materiale in aliquo fundat ⁊ est quodammõ ens qȝ vt dictum est oẽ falsuz est in aliquo vero. ideo potest mouere potentiã apprehensiuaz. sequitur tertius. Ad vero neqȝ cõtradictionis.

**Queritur octauo. vtrum cõtradictoria possint simul esse falsa ita qȝ inter ipa possit dare mediuz.** Arguit qȝ sic qȝ res sunt incõtinuo moueri. ꝭ de illo qd semp mouet nihil potest vere affirmari neqȝ vere negari. ergo ambo cõtradictoria possunt simul esse falsa. Scdo cõtradictoria includũtur i duob⁹ cõtrarijs ꝭ inter duo cõtraria est dare mediũ igitur. Tertio illa plus distãt inter que ẽ mediuz qȝ inter que nõ est mediũ. ergo simul cõtradictorijs nõ esset mediũ cũ reperiatur in cõtrarijs cõtraria plus distarẽt qȝ cõtradictoria. Ad oppositum est phus.

**Pro respõsione est sciendũ** qȝ postqȝ phus disputauit cõtra ponentes cõtradictoria simul esse vera. ⁊ ostendit quomõ drũtur sit pcedendũ contra diuersos qui diuersis vijs in talez errorẽ deuenerũt. hic cõsequenter reprobat errorem ponentiũ mediũ inter cõtradictoria ⁊ cõtradictoria simul esse falsa. Contra quos primo adducit septẽ rationes reprobando suã positionẽ. Scdo ondit qualiter diuersimode diuersi hãc positionẽ tenentes in eã inciderũt. Tertio ondit aliqs oppiniones antiquoꝝ de principijs naturę huic oppinioni ⁊ alteri de veritate cõtradictorioꝝ cõsequenter se habere.

**Sit igitur hec conclusio. impossibile est inter cõtradictoria dare medium ⁊ ipa simul esse falsa.** pbatur septẽ rationib⁹. Prima sumit ex diffinitiõe veri ⁊ falsi. nã verũ nihil aliud est qȝ dicere esse qd est. aut nõ esse qd nõ est. ꝭ falsum est dicere esse qd nõ est. aut nõ esse qd est. ꝭ quicũqȝ dicit aliquid. aut dicit esse qd est. aut nõ esse qd nõ est. ⁊ sic dicit verum vel dicit nõ esse qd est vel esse qd nõ est ⁊ sic dicit falsũ. ⁊ p cõsequens quicũqȝ dicit aliquid dicit verũ vel falsuz. ⁊ sic non est dare mediũ inter verũ ⁊ falsuz. Secunda rõ si sit mediũ inter cõtradictoria vel est per participationẽ extremoꝝ qd est mediũ eiusdẽ generis cũ extremis vel est mediũ p abnegationẽ qd est diuersũ genere ab extremis. Si dicat primum sequit qȝ erit aliquã generatõ terminata ad esse que nõ erit nõ esse. ꝭ erit ex tali medio. ⁊ similiter erit aliqua corruptio terminata ad nõ esse que nõ erit ex esse qd ẽ cõtra diffinitiones generatiõis ⁊ corruptionis. Si dicat sm sequit qȝ oĩno tolletur mot⁹ ⁊ mutatio qȝ oĩs mot⁹ est de extremo in extremum aut de extremo in mediũ. aut de medio in extremuz sic qȝ oportet mediũ illud esse eiusdez generis cũ extremis. Tertia rõ intellect⁹ noster in omni sua conceptione qua senciet vẽ aut affirmat aliquid. aut negat sicut ẽ in re ⁊ tũc verũ dicit per diffinitionẽ veri. vel sicut nõ est in re. ⁊ tũc mẽtitur ⁊ dicit falsum p diffinitionez falsi. Quarta ratio si in cõtradictione sit mediũ oportet hoc esse verũ in oĩ cõtradictione qȝ videt esse simile de oĩbus. ꝭ hoc nõ est possibile nã inter ens ⁊ nõ ens nõ potest dari medium alias inter generationẽ ⁊ corruptionem esset alia trãsmutatio. Quinta rõ si inter contradictoria sit mediũ similiter inter cõtraria erit mediũ ⁊ per cõsequens erit aliquis numerus qui nõ erit par vel impar qd est impossibile ⁊ cõtra dicta illoꝝ antiquoꝝ. Sexta rõ est. omne qd

cõtingit affirmare cõtingit ⁊ negare. ſꝫ cõtingit affirmare hec tria. ſ. affirmationẽ ⁊ negationem ⁊ mediũ illud poſitũ p aduerſariũ inter affirmationẽ ⁊ negationẽ ergo cõtingit iſta tria negare. ⁊ ſicut negatio eſt aliud ab affirmatiõe ita iſta negatio qua negabũtur iſta tria. erit quodam quartũ preter illa tria predicta. ⁊ iterũ cõtinget iſta quattuoꝛ negare ⁊ ſic in infinitum erũt plura vera ꝙ illud mediũ poſitum per aduerſariũ inter affirmationem ⁊ negationẽ. Ultima rõ ſi aliquis interroget verũ homo ſit albus. opoꝛtet ꝙ reſpondens aſſentiat vl' nõ. ſi aſſentiat dicit affirmationẽ eſſe verã. ſi non clarũ eſt ꝙ dicit negationẽ eſſe falſaꝫ. ⁊ per cõſequẽs opoꝛtet ꝙ reſpondens cõcedat affirmationẽ vel negationem. ergo inter hec duo contradictoꝛia non eſt medium.

Ubi ſciendũ eſt vt dicit philoſophus. ꝙ quibuſdã venit p̄dicta oppinio qꝛ nõ poterãt ſoluere rationes factas ab eis aut ab alijs. ideo ſic cõceſſerũt cõcluſiones aꝛoꝝ. Alijs vero venit hec oppinio qꝛ voluerũt querere demõſtrationem in oĩbus. ⁊ noluerũt cõcedere ea q̃ demõſtrari nõ poſſunt ſꝫ negãt ea. ⁊ quia prima principia nõ poſſunt demõſtrari: ideo ea negauerunt. vnde dicit phus ꝙ cõtra tales poſitiones in oppinabiles p̄cedendũ eſt ex diffinitionib' veri ⁊ falſi ⁊ alioꝝ terminoꝝ coĩm ſicut ſuperius proceſſit ariſtotl'. Sꝫ diceret ꝙ iſti proteruĩ negabãt diffinitiones terminoꝝ. reſpondet ariſtotl'. ꝙ ſi ponãt noĩa aliquid ſignificare neceſſe eſt ꝙ cõcedãt diffinitiões nominũ qꝛ diffinitio nil aliud eſt ꝙ̃ ratio ſignificata per nomẽ. ſi vero nõ cõcedãt noĩa aliquid ſignificare tũc nõ differũt a plãtis. ⁊ cũ talib' nullaten' eſt diſputandũ. Ulterius dicit phus. ꝙ ad poſitionẽ eraclitĩ dicẽtis oĩa ſẽp moueri ſeqꝑ cõtradictoria ſimul eſſe vera qꝛ qδ mouetꝑ habet eſſe mixtũ cũ eſſe. Ad poſitionẽ vero anaxagoꝛe ſequitꝑ ꝙ ſit aliquid medium inter cõtradictoꝛia. poſuit enim qδlibet cum quolibet miſceri. ſꝫ de mixto neutrũ extremoꝛ poteſt verificari. ſicut coloꝛ medius nec eſt albedo nec nigredo. ⁊ ſi illδ mixtum nec eſt bonũ nec nõ bonũ ⁊ ſic ẽ medium inter cõtradictoꝛia ⁊ per cõſequẽs ſm hanc oppinionem omnia ſunt falſa.

Ulterius ſciendũ eſt. ꝙ poſt quã ariſtotl'. diſputauit cõtra iſtas oppiniones cõſequenter diſputat cõtra quoſdam deſtruẽtes principia loyce. quoꝝ q̃dam dixerũt oĩa eſſe falſa. alij oĩa eſſe vera. ſi eni aliqua haꝝ oppinionũ eſſet vera loyca nõ eſſet neceſſaria cuꝫ eius finis ſit diſtruere verũ a falſo. cõſequenter diſputat cõtra quoſdã deſtruẽtes pricipia phẽſice. quoꝝ quidaꝫ dixerũt, omnia ſemper moueri. alij oĩa ſemꝑ quieſcere ⁊ alij oĩa q̃nq; moueri ⁊ q̃nq; quieſcere. Cõtra deſtruentes principia loyce ponit quatuoꝛ rões. Prima eſt inter verũ ⁊ nõ veruꝫ ens ⁊ nõ ens nõ eſt dare mediũ. ergo neceſſe eſt alteraꝫ ptem cõtradictionis eſſe verã. ⁊ alterã falſaꝫ quare nõ oĩa ſunt falſa vel vera. Scδa ratio verũ nõ eſt aliud ꝙ̃ affirmare ⁊ id qδ eſt falſuꝫ negare ⁊ ecõuerſo. ſimiliter falſuꝫ eſt affirmare id qδ negare verũ eſt ⁊ ecõuerſo per diffinitiões veri ⁊ falſi. ergo impoſſibile eſt oĩa eſſe falſa ⁊ ſimiliter omĩa eſſe vera. Tertia ratio neceſſe eſt δ quolibꝫ aut affirmare aut negare. cũ nihil ſit mediũ inter cõtradictoꝛia vt p̄batũ eſt. ergo impoſſibile eſt omĩa eſſe falſa ⁊ ſimiliter omĩa eſſe vera. Quarta rõ predicte oppiniones ſe ipas deſtruũt qꝛ dicẽs oĩa eſſe vera dicit cõtrariam ſue oppinionis eſſe verã. ſꝫ cõtraria ſue oppinioĩs eſt ꝙ oppinio nõ ſit vera. ergo dicens oĩa eſſe vera dicit ſuam oppinionẽ eſſe falſaꝫ ⁊ ſic deſtruit eaꝫ ⁊ dicẽs omnia eſſe falſa dicit ſeipm dicere falſuꝫ. Sed diceret aduerſari' ꝙ dicẽs omnia vera excipit cõtrariã iſti' oĩa ſunt vera. ſimiliter dicẽs omnia falſa excipit ſuam oppinionẽ. ſ. oĩa ſunt falſa. Cõtra arguit phus qꝛ ſi detur ꝙ vna oppinio eſſet vera ſequeretꝑ infinitas eſſe veras. qꝛ ſi vna ſit falſa erũt infinite falſe. patet quia ſi hec propoſitio eſt vera' ſoꝛtes ſedet hec erit vera ſoꝛtem ſedere eſt verũ. ⁊ ſi hec eſt vera iterũ iſta erit vera. verũ eſt ꝙ ſoꝛtem ſedere eſt verũ ⁊ ſic in infinituꝫ. ⁊ ſic patet proceſſus cõtra negãtes principia loyce.

Conseqūter disputat aristot. contra il
los qui dīt oīa quiescere adducendo
vnā rōem. q̄ si oīa quiescūt tūc nihil re/
mouetur a dispositiōe in qua aliquādo
est. ⁊ ita quicq̄d est verum sēp est ⁊ erit
verū qd̄ est falsum ⁊ etiā falsū sēp est
⁊ erit falsum qd̄ est incōueniēs. Sz cōtra
oppinionē ponentē oīa sp̄ moueri p̄hus
adducit duas rōes. Prima est si om/
nia sēp mouētur nihil est quiescens. er
go nihil erit verū in rebus q̄ qd̄ est verū
iam est ⁊ qd̄ mouet̄ nōdum est. ⁊ sic oīa
essent falsa qd̄ īprobatū est. Scd̄a rō
omne qd̄ permutat̄ ex aliquo in aliquid
pmutatur. s. id ex quo permutat̄ in est et
qd̄ permutat̄ quādiu pmutat̄ alias nō
permutaret̄. s. iā mutatū esset. ergo in re/
bus oportet q̄ sit aliquid manēs quare
nō omnia mouētur. Contra aliā oppini
onem que ponit oīa q̄nq̄ moueri ⁊ q̄nq̄
quiescere dicit text⁹ q̄ quedā sunt mobi/
lia que sēp mouētur ⁊ nunq̄ quiescūt
vt celestia corpora. ⁊ est quodā mouens
sēp immobile vt demōstratū est octa/
uo phisicor̄. Sed quereret aliq̄s q̄r hic
p̄hus disputat cōtra negantes principia
loyce ⁊ phisice. cau̇a est q̄z oīa principia
firmātur in primo principio. s. qd̄ nō con
tingit idem simul esse ⁊ nō esse. ideo phi/
losophus habet stabilire principia omni
um scientiar̄. vnde ad errorē circa esse ⁊
nō esse ponentē q̄ cōtingit idē simul esse
⁊ nō esse. sequit̄ error circa verū ⁊ falsum
q̄z per esse ⁊ nō esse verū ⁊ fal'sū diffiniū
tur vt superius patuit. tn̄ si formaliter ca
piantur verū ⁊ falsū pertinēt ad loycū
q̄z cōsequūtur ens rōis de quo loyc⁹ cō
siderat. nā verū ⁊ fal'sū sunt in mente vt
dicitur in sexto. Similiter ex illo errore cir
ca esse ⁊ nō esse sequitur error qui est circa
moueri ⁊ quiescere. nā qd̄ mouet̄ inquā
tum huiusmodi nondum est qd̄ vero q̄/
escit est. ideo destructis erroribus circa es/
se ⁊ nō esse cōsequenter destruūtur erro/
res circa verū ⁊ fal'sū quietē ⁊ motum. ⁊
generaliter sicut oīa principia fundantur
⁊ firmātur in primo principio ⁊ ip̄m vir
tualiter includūt. sic error circa oīa princi
pia oīm scientiar̄ reducibilis est in errorē
circa primū principiū. ex dictis in isto q̄r/
to habet̄. q̄ alicui⁹ scientie. s. istius ⁊ nō
alterius est cōsiderare ens inquantū ens
⁊ que huic insunt sm̄ se. tm̄ ulter substan
tiam ⁊ accidens principali⁹ tn̄ substanti
am qd̄ nō solū habet cōsiderare substan/
tias simplices sed generaliter oēs substā
tias in ratione cōmuni substātie ⁊ entis.
patet etiā q̄ hec scientia principaliter cō
siderās substantiā cōsiderat prima prin/
cipia demōstrationis ⁊ maxime primū
principiū. patet etiā qd̄ est illud primum
principiū per cōditiones ad hoc requisi/
tas. vltra patuit disputatio ⁊ mod⁹ dis/
putandi cōtra errores circa illud primū
principiū cōtingentes. Quidā enim erra/
uerūt volendo ip̄m demonstrare contra
quos ostendit p̄hus qualiter notificabi
le est. Alij errauerūt negātes ip̄m ponen
do omnia cōtradictoria simul esse vera. ⁊
alij ponēdo oīa apparentia esse vera. et
alij ponendo mediū inter cōtradictoria
⁊ per cōsequens cōtradictoria simul esse
falsa. quos errores impugnat p̄l'us ⁊ ge
neraliter ondit q̄ errores omniū philo'o
phor̄ circa pricipia rerū reducibiles sunt
in aliquē predictor̄. ⁊ similiter disputat
cōtra negantes principia loyce phisice.

**Tunc ad rationes. ad primā** patuit solutio. Ad scd̄am dr̄ licet in cō
trarijs implicet̄ cōtradictoria tn̄ cōtra
dictoriū negatiuū cōmuni⁹ est illo cōtra
rio in quo includit̄ quare nō oportet si in
ter cōtraria sit mediū q̄ etiā inter contra/
dictoria. Ad tertiā dr̄ q̄ licet in distan/
tia locali illa que habent mediū plus di
stent quā nō habentia tn̄ rō est oīz in
distantia formali vel in distantia oppini
onis de qua est ad propositum. ⁊ hec de
toto quarto methaphisice.

Explicit quart⁹ liber methaphisice vsoz

Circa quintum libru metaphisice queritur primo. vtrū ad methaphisicū ptineat distictio nominū. Arguitur ꝙ nō q̄r illa ptinet ad sophisticū vt patet in scdo elencoꝝ ergo ⁊c. Scdo sic scientie spāles nomia multiplicia distingūt vt scdo de aīa philosophus distiguit illud nomē passio. ergo nō ptinet isti scientie. Tertio in alijs scientijs phus nō facit spālez mentionez de distinctionib⁹ nominū multipliciū ptinentiū ad illas scientias. ergo nec methaphisica debet hoc facere. Ad oppositum est phūs qui hunc librum cōposuit de distinctione nominū multipliciū. vñ liber de quociens appellatur.

Pro responsione est primo sciendū. ꝙ postꝙ in quarto libro phus ondit que ptinent ad cōsideratione hui⁹ scientie ⁊ ꝙ huic scīe ptinētia sunt omnibus entib⁹ cōia. ⁊ multipliciter dicūr sm tñ prius ⁊ posteri⁹. docuit etiā ꝙ mod⁹ cōsiderādi illa. est premittere eoꝝ distictiones cōsequēter reducēdo oia significata cuiuslibet ad vnū cōmune ⁊ primū analogie illoꝝ significatoꝝ cōsequēter insequēdo illā doctrinaz in hoc distinguit noia pertinētia ad hāc scientiā. ⁊ ostēdit ordinez significatoꝝ cuiuslibet ad aliqđ primū significatū. deinde in sequēti libro incipit determinare de rebus q̄ ad hanc scientiā ptinent ⁊ q̄r cuiuslibet scientie est tria cōsiderare. s. principia ⁊ causas ⁊ subiectū ⁊ passiones eius. ideo in hoc libro aristotil. primo distinguit noia que rationem causalitatis importāt. Scdo illa que significāt subiectū scie hui⁹ ⁊ partes subiectiuas ei⁹. Tertio distinguit nomina que significāt passiones entis principij vel cause. ⁊ q̄r cōius est principiū ꝙ causa ⁊ causa ꝙ elemētuz. ideo pri⁹ distiguit nomē principij. scdo nomen cause. tertio nomē elemēti. ⁊ q̄r hoc nomē natura quandā spālem rationē causalitatis significat. ideo quarto distinguit nomen nature. ⁊ q̄r necessariū ponit in diffinitiōe nature cōsequenter destiguit illud nomē necessariū. ⁊ sic patet distinctio hui⁹ libri ⁊ ordo cōsiderandorum. sed videndū diffinitionez huius nominis principium

Secundo sciendū est. ꝙ licet principiū ⁊ causa sint idē subiecto ratione tñ dift q̄r principiū cū negatione anterioꝝ solū dicit quādaz ordinē ad posterius. sꝫ causa supaddit quendā influxuz ad esse cāti. ⁊ sic ois causa est principium sꝫ nō ecōtra. ⁊ q̄r ordo prioꝝ ad posterius manifestior est sensui in motu locali ꝙ in alijs. ideo ordo ad posteri⁹ q̄ noīe principij designat. primo a nobis in motu locali cōsiderat in quo quidē motu reperiunt tres ordines cōsequētes se. nā a priori ⁊ posteriori magnitudis causat prius ⁊ posteri⁹ in motu a quib⁹ iterū causat prius ⁊ posteri⁹ in tēpore. quare ordo prioꝝ ⁊ posterioꝝ in magnitudine notiōr est nobis priori ⁊ posteriori in motu ⁊ in motu ꝙ in tēpore. Ex quo sequit ꝙ hoc nomē principiū sm suā primā impositionem significat id qđ est primū in magnitudine supra quam fit mot⁹ ⁊ cōsequēter significat primā partē mot⁹ ⁊ primaz ptem tēporis. ⁊ huic modo principij opponit vltimum magnitudinis in quo ē finis motus. sꝫ q̄r mot⁹ nō semp incipit a principio magnitudis simpliciter. sꝫ interdū ab illa pte a qua facilius ⁊ magis in pmptu est magis mobilis vt moueatur. Ideo scdo mō dr principiū illud vnde res facili⁹ ⁊ magis oportune incipit moueri. exemplū dat phus in disciplinis in quib⁹ nō semp incipit mot⁹ discipline a primis simpliciter. sꝫ iterdū a notorib⁹ nobis. ⁊ sic iste mod⁹ dr a primo ⁊ q̄r in primo ex pricipio magnitudis designat principiū mot⁹. sꝫ in isto ex pricipio mot⁹ designat principiū in magnitudine. iđ in motibus qui sunt sup magnitudies circulares nō habentes principiū accipitur principiū ex parte mot⁹. s. in illa parte a q̄ opportune mouet mobile sm suā naturā sicut in motu primi mobilis principium est ab oriente.

Tertio sciendū est. ꝙ ex ordine prioꝝ ad posteri⁹ in motu locali manifestat nobis ordo in alijs motibus sꝫ

post duas primas significationes princi
pij sumunt alie que dnt principiū gene//
rationis aut finis rei qd̄ quidē principiū
potest esse vel extrinsicū vel intrinsicū. tꝰo
dr̄ principiū. Terciomō vnde res pri//
mo generat ipo in existente sicut in naui
sedile. ⁊ in domo fundamētum. ⁊ in ani
mali cor sm quosdā ⁊ sm alios cerebrū
aut aliqd̄ proportionabile membrum.
Quartomō dr̄ principiū illud vnde inci
pit generatio rei ipo tn̄ nō in existente. et
iste modꝰ subdiuidit sm φ potest accipi
in naturalibꝫ vt puer dr̄ esse ex patre et
matre. vel in agibilibus vt princeps vel
imperator vel tyrānus. sm cuius volūta//
tē mouent ea que mouent in ciuitate di
cerent principiū vel in amibꝰ. sicut ars archi
tectonica inter artes maxie ratonē princi
pij habere dicit. ⁊ sic isti tres modi in hoc
cōueniunt φ sm quēlibet illud dr̄ princi
piū qd̄ est principiū vnde incipit motus
ipo nō iexistēte. aliomō dr̄ principiū in
disciplinis illud vnde res est cognoscibi
lis primū hoc modō dignitates ⁊ suppositi
ones dnt̄ principia demōstrationū. Ex
quo patet φ possunt colligi sex modi prī
cipij. Nā primomō dr̄ principiū prima
pars magnitudinis supra quā fit motꝰ.
Scd̄omō dr̄ principiū illud vnde vnū
quodqꝫ facilꝰ incipit moueri. Tertio
modo dr̄ principiū vnde res primo gnā
tur ipo in existente. Quartomō dr̄ prī
cipium vnde res incipit primo generari
moueri ipo nō in existēte. Quintomō
dr̄ principiū illud sm cuꝰ volūtatē mo
uent que mouent ⁊ mutātur que mutā//
tur. Sextomō dr̄ principiū illud vnde
res ē cognoscibilis primū ⁊ post enume
rationē istoꝝ modoꝝ dicit textꝰ φ quot
modis dr̄ principiū tot mōis dr̄ ⁊ causa
qꝛ oīs causa est principiū ⁊ oēs illi modi
in hoc cōueniūt φ dnt principiū aut in es
se rei. aut in fieri aut in cognitione. ꝯ disti//
guūtur per esse intra vel extra. ideo ipoꝝ
potest sic haberi sufficientia. qꝛ omne prī
cipiū vel est intra vel extra si intra sic est
principium vnde res est ⁊ hoc dupliciter
vel sm situ. ⁊ sic est primꝰ modꝰ. vel sm
tempus. ⁊ hoc dupliciter vel quantū ad
bene esse ⁊ sic est scd̄us modꝰ vel quantū
ad esse simpliciter ⁊ sic est tertꝰ modus.
si sit extra rē hoc est dupliciter vel causat
esse rei vel eiꝰ cognitionē. si sm est sextus
modꝰ. Si primū hoc est dupliciter vel ē
vt efficiens ⁊ sic est quartꝰ modꝰ. vl' vt fi
nis ⁊ sic est quintꝰ. Ex p̄dictis cōcludit
phus φ natura habet rationē principij
⁊ similiter elemētū que sunt intrīsica prī
cipia. ꝯ dnt qꝛ natura dr̄ principiū sicut
id a quo incipit generatio vel motus. ele
mentū vero sicut prima pars in genera//
tione rei. similiter mens .i. intellectꝰ dnt̄
principia. similiter substantia rei .i. forma
dr̄ principiū esse rei. finis etiā cuiꝰ causa
aliquid fit dicit esse principiū bonū .i. φ
habet rōem finis in ꝓsequēdo ⁊ malū
vitādo sunt pricipia cognitionis ⁊ mo
tus in multis .i. in oibus que agūtur ꝓp
ter finem vt in naturalibꝰ in moralibꝰ. ⁊
in artificialibus vbi potissime demōstra
tiones ex fine sumunt.

**Tunc sit cōclusio hec ad me//**
thaphisicā ptinet distinctio nominū mlti//
plicium que cadūt sub vna cōsideratione
patet qꝛ taliū noim distinctio nulli alteri
scientie cōgruit cū in nulla cōsideretur
ꝯ multiplex indistinctū cōsumationē pa
rit. ergo methaphisicꝰ habet distinguere
illa noia multiplicia. Itē hec scientia
habet notificare prima principia demon
strationū. ꝯ prima principia nō cognosci
mꝰ nisi inquantū terminos cognoscimꝰ
ergo ad cognoscendū huiusmodi princi
pia necesse est eoꝝ terminos cognoscere.
⁊ qꝛ huiusmodi termini multiplices sūt
ideo necesse est eoꝝ multiplicitatē distin
ctionem aperire q̄uis enim multiplicitas
indistincta cognitionē veritatis impedi
at distincta tamen sepe iuuat.

**Tunc ad ante oppositū rati**
ones. Ad primā dr̄ φ quantū ad artē
distinguendi modus multiplices ad so
phisticū pertinet aliquoꝝ nominū distin
ctio ad videndū modū paralogizādi ꝑ
alios peccantes. sm aliqd̄ multiplex. sed
methaphisico cōuenit vsus distinguēdi
suos terminos vt lucide soluātur questi//

nes formate de rebus quas considerat. Ad scdʒ ꝯcedit ꝙ quelibet scia spalis po/test distinguere suos terminos ꝗ sint multiplices vt ex illoꝝ distinctione depēdeat solutio alicu⁹ q̄stionis ad talē sciaʒ pertinentes ideo nō dr̄ ꝙ hec scia habeat omnes terminos distinguere ꝗ soluꝫ suos terminos. Ad tertiā respondetur sicut dicitur in tertio libro. s. ꝙ hec scia ratōne sue cōitatis in vno libro distinguit nomina multiplicia quib⁹ postea vtitur. sequitur textus. Causa vero vtitur.

**Queritur secundo · vtrū diffinitio elemēti sit sufficiens in qua dr̄ elementū est ex quo cōponitur aliquid primo in existens et indiuisibili specie in alia spēs.** Arguitur ꝙ nō qr celū dr̄ elementū ꝛ tamen nō inexistit necex eo aliquid cōponitur. ergo ꝛc. Scdō sic materia prima dicitur elementū ꝛ tn̄ nō est spēs indiuisibilis in alias spēs cū spēm nō habeat igitur. Tertio simplicia corpora dnr̄ elemēta ꝛ tn̄ ex ipsis nō cōponitur res primo qr reso/lubilia sunt in materiā primā ex qua cuʒ forma cōponuntur. Ad oppositū est philosophus in littera.

**Pro responsione sciendum** est ꝙ causa impl⁹ se hʒ ꝙ̄ elemētū. qr causa dr̄ tā de intrinsicis ꝙ̄ de extrinsicis ele/mentū vero de intrinsicis tantū. ꝛ adhuc ꝓprie accipiēdo elemētuʒ non dr̄ nisi de materia vel de illo qd̄ in principiādo ha/bet modum materie. ꝛ qr cōiora priora sunt via doctrine ideo aristotiles prius po/suit mōs cause ꝙ̄ elemēti. ꝗ qr modi cause eodē modo ponūt⁹ hic ponuntur ꝛ in secundo phisicoꝝ. ideo pn̄c relinquūtur.

**Secūdo sciendū est · ꝙ de ratione** elementi sunt quattuor que tāguntur in sua diffinitiōe ꝑ quattuor pticulas eius. primū est ꝙ sit causa sicut ex quo. ꝛ sic elementū ponitur in genere cause materialis. Scdm est ꝙ sit primū veniens in cōpositionēʒ rei. ideo sanguis vel caro nō dr̄ elementū respectu hoīs qr quodlibet coꝝ resolubile est in quattuor corpo/ra simplicia. Tertiū est ꝙ sit inexistēs siue intrinsicū p qd̄ dr̄ elementū ab omni eo ex quo fit aliquid sicut ex transeunte vt est ꝑuatio vel cōtrariuʒ ex quib⁹ aliqd dr̄ fieri. ꝗ nō manent in re facta. Quartū est ꝙ habeat speciē indiuisibilē in alias species.

**Ubi est aduertendū · ꝙ aliq** voluūt hanc diffinitionem elementi primo cōpetere quattuor primis corporib⁹ simplicib⁹ ꝛ nō materie prime. quia materia prima nō habet spēm. ꝛ quelibet illorum corpoꝝ spēm habet ꝛ nō est diuisibile p alterationē in ptes diuersaꝝ specieꝝ. sicut quodlibet mixtuʒ resolubile est in quat/tuor corpora simplicia. alij vero tenēt oppositū sic arguētes qr nullum simplicium corporis ē illud ex quo cōponitur aliquid primo. cū quodlibet sit resolubile in mate/riam primā. ꝛ responderunt isti apparētie alioꝝ ꝙ in diffinitione elemēti non capitur spēs pro ente cōpleto ꝛ pfecto in natura qd̄ ponitur sub assignato genere qr hoc modo materia nō est spēs ꝗ accipitur spēs pro ratione rei. ꝛ sic materia speciē habet. id est rōem indiuisibilē in diuersas spēs. id est in partes diuersaꝝ rationū quāuis enim in rōe materie ponatur forma tn̄ nō ponitur vt aliquid intrinsicū de essentia materie: ꝗ ꝯ ratiōis rō est quasi per additamentū. ꝗ rō cuiuslibet corporis simplicis est diuisibilis in ptes diuersaꝝ rationū quaꝝ quelibet est intrinsice de essentia corporis. s. in materiā ꝛ formā. ꝛ sic dnt ꝙ diffinitio elementi primo cōuenit materie prime. Ad cu⁹ cōformationē dnt aristotilē non vocare corpora simplicia elemēta. ꝗ vocat elementata significās qd̄ nomē elementi nō cōuenit ipsis primo. ꝛ ista pars ē magis probabilis sustinēdo tn̄ aliaʒ parteʒ dicitur ꝙ licet corpora simplicia nō habeant rationē primi simpliciter tn̄ in gene/re coꝝ habent rationē primi.

**Quarto sciendū est · ꝙ aristo**til. ponit quosdā mōs elementi ꝓprios ꝛ aliquos transsumptiuos. Primo mō dr̄ elemētuʒ illud qd̄ fm̄ quendā ordinē aliquid cōponit ꝛ sic lr̄e sunt elemēta dictionis ꝛ nō sillabe quāuis enim diuida/tur lr̄a fm̄ tēpora prolationis. prout litte/

ra longa habet duo tēpora. breuis vero vnū tn̄ ptes hui⁹ diuisionis sunt eiusdē spēi sicut ꝑticule aq̄ sunt aqua ꞇ non sūt diuerse ſm spēm vocis sicut ptes sillabe vnde cū in diffinitione elementi ponit̄ ꝙ nō diuidit̄ in diuersa ſm spēm non est intelligendū de ꝑtibus quātitatiuis. sic. n. lignū esset elementū qꝛ quelibet pars ligni est lignū. ſ intelligendo de diuisione q̄ fit ſm alteratonē sicut corpora mixta resoluūtur in simplicia ꞇ sic debet intelligi de diuisione que fit in ptes diuersaꝝ rationum. Scd̄omodo dr̄ elementū id qd̄ cum altero pmo rem cōponit p naturalem generationē sicut qd̄libet corp⁹ simplex rectem otū respectu mixti dr̄ elementū. Tertiomō dicit̄ elementum id qd̄ est ſm situm pmo ꞇ cū alio rem cōstituit vt in descriptionibus geometricis linee cōstituentes figurā elemēta dicūtur.

Quartomō dr̄ elementū illud qd̄ ſm virtutē solū ꞇ nō ſm substantiā rem constituendo ingredit̄. ꞇ istomō celuꝫ bene dicit̄ elementū respectu istoꝝ inferioꝝ q̄ p virtutem eius generant̄. etiā pma pricipia dicerēt̄ elemēta demonstrationū ꞇ demonstrationes que fiūt in superioribus scientijs dicerent̄ elemēta demōstrationū que fiūt in scientijs subalternatis ꞇ hijs quattuor modis ꝓprie dr̄ elementum. ſ transumptiue dr̄ elementū omne illud qd̄ est vnū. i. indiuisibil: ꞇ pmū id est simplex ꞇ ad multa vtile. nā ex hoc ꝙ elementū est indiuisibilis in alias spēs oportet ꝙ sit vnū qꝛ qd̄ est pncipiū in cōpositione oportet ꝙ sit pmū. i. simplex. ſ qꝛ ex ipso alia cōponuntur accipit̄ qd̄ est ad multa vtile ꞇ hec sufficiūt ad hoc qd̄ aliquid dicat̄ elementū trāsumptiue et hoc modo habet textus. vlē respectu suoꝝ singulariū elementū dr̄ ꞇ magis vniuersale magis est elementū qꝛ simplitius est ſm rationē ꞇ ad plura vtile. ꞇ sic gen⁹ magis elementū quā dr̄a diuisiua eius qꝛ simplici⁹ est ꞇ ad plura vtile. hoc etiaꝫ mō punctus ꞇ vnitas elementa dici possent. ſ ista deficiunt a ratione cōpleta elementi. quia vniuersalia ſm rem nō sunt materia ex q̄ cōponantur particularia. Sicut pūctus non est realiter materia linee qꝛ linea nō cōponitur ex pūctis. Ex quib⁹ patet diuisio modoꝝ elementi. quoꝝ habetur sic sufficientia. nā omne elementuꝫ debet esse indiuisibile vel ergo est indiuisibile ſm spēm vel ſm quātitatem vel secundū diffinitionē. Si pmuꝫ est dupliciter vel ingreditur rei cōstitutionem ſm virtutem solū ꞇ sic est quart⁹ modus vl̄ ſm substantiā ꞇ hoc tripliciter vel qꝛ disponitur cū alio ad rei cōstitutionem ſm ordinem tantū ꞇ sic est pmus modus vel ſm alterationem phisicam ꞇ sic est secundus vel ſm sitū ꞇ sic est tertius. si sit ſ diuisibile ſm quātitatem sic est ille mod⁹ transumptiuus quo punctus ꞇ vnitas elementa dr̄. si ſm diffinitioneꝫ sic est alius modus quo pma genera elementa dicuntur.

**Ubi est sciendum ꝙ omnia** ista nomina sunt multiplicia multiplicitate analogie ꞇ non pure equiuocationis ideo in sequendo aristotil'. doctrinaꝫ datam in quarto semper enumeratis modis cuiuslibet multiplicis ostendenduꝫ. est illud cōmune in quo cōmunicant qd̄ tamen secundūꝫ prius ꞇ posterius in illis modis inuenitur quod semper facit aristotil'. ideo in fine huius capituli dicit ꝙ in omnibus modis elementi cōmune est pmo in esse rei hoc est pmo vel ire in compositionem rei.

**Tunc sit hec cōclusio predicta** diffinitio est bene assignata. patet quia quattuor requirūtur ꞇ sufficiunt ad hoc ꝙ aliquid ꝓprie dicat̄ elementū respectu alicuius. ſ illa quattuor in ꝑdicta diffinitiōe sufficienter explicant̄ vt prius patuit ergo diffinitio elementi est sufficiens.

**Tunc ante oppositū ad rationes** satis pateꝫ solutio ex dictis. sequitur tertius. Natura vero dicitur.

**Querit̄ tertio vtrū cōsideratio** huius nōis natura ad methaphisicā pertineat. Arguit̄ ꝙ nō qꝛ ad phisicū pertinet. nā in scd̄o phisicoꝝ phus diffinit ꞇ distinguit naturam. ergo non pertinet ad methaphisicum.

Philosophus est ad oppositum in littera. primo videbit de modis nature. ⁊ scḋo de modo necessarij. quantum ad primū supponis quattuor modis nature positis a boetio in libro de duabus naturis qui in scḋo phisicoꝝ recitati fuerūt. videndū est ū illis que ab aristo. tl'. in pn̄ti passu ponuntur qui sunt octo. Primomodo dr̄ natura generatio passiua nascentiū que vocat̄ natiuitas. Secundomō dr̄ natura principiū. vnde res fit ab extrinsico sicut virtus formatiua in semine natura dr̄. ⁊ sic iste modus solum reperitur in nascentibus seu in viuentibꝰ que ex semine per virtutē formatiuā generātur. Tertiomō dr̄ natura principium mouendi ⁊ quiescendi, vt dr̄ in secundo phisicoꝝ. Quartomō dr̄ illud ex quo in existente ⁊ in ordinato ⁊ inmutabili a sua potestate res ē vel fit. vnde modō materia reꝝ naturalium dicitur natura. Quintomō dr̄ natura ipsa rei substantialis forma. Sextomodo dr̄ natura ipsa materia prima ⁊ dr̄t iste modus a quarto. quia quartus intelligit̄ de materia secunda, scḋm quem modum materia artificialium dicent̄ natura illoꝝ ⁊ dr̄t a materia naturaliū quia materia naturalium saluatur p̄ esse scḋm essentiam ⁊ variatur secundū esse. s materia artificialiū saluatur scḋm essentiam ⁊ esse. ideo in artificialibus natura principaliter dicitur de materia q̄ est tota substantia coꝝ. in naturalibꝰ vero principalitꝰ dicitur de forma. alio modo dicitur natura forma que est terminꝰ generationis ⁊ dr̄t iste modus a quinto quia in isto est sermo de forma totius que magis proprie est terminus generationis quam forma partis eo ꝙ totum cōpositum est quod per se generatur. sed in quinto est sermo de forma partis. Octauomodo large dicitur natura omnis substantia que potest agere vl' pati. ⁊ iste modus est methaphoricus quia nomē nature venit anastoꝛ ceris. s in substātijs separatis cum materiam nō habeant nasci. nō cōuenit nisi methaphorice sicut ꝑ creationem corporibus etiā celestibꝰ proprie nō cōuenit nasci quia per generationē in esse nō exierunt. similiter rebꝰ inanimatis proprie loquēdo nasci nō cōuenit sed solū viuentibꝰ qui ab intrinsica habēt principiū sue generationis. ⁊ istoꝝ modoꝝ sic habet̄ sufficientia. quia natura dr̄ de aliquo vel ergo methaphorice vel proprie. Si primū est octauꝰ modus. si scḋm cum nomen nature aliqualiter perfectionē dicat ⁊ perfectio cuiuslibet in tribꝰ cōsistat .s. in substantia virtute ⁊ operatione. ideo quodlibet hoꝝ natura dicitur. si ergo dicatur natura ū operatione est primꝰ modus. si de virtute que est proximū principium operationis sic est scḋus. si de substantia est dupliciter, vel dr̄ tam de materia quā de forma simul ⁊ sic est tertiꝰ modus vel de altero tantū ⁊ hoc dupliciter vel dr̄ de materia vel de forma. si de materia vel de materia simpliciter prima ⁊ sic sextus modus vl' ū scḋa ⁊ sic est quartus. si de forma vel de forma partis ⁊ sic est quintꝰ vel de forma totius ⁊ sic ē septimus. s vt videatur reductio omnium istoꝝ modoꝝ ad vnum.

Sciendū est ꝙ reductio alicuius nois ad vnū primū potest fieri dupliciter. vnomodo scḋm ordinem reꝝ significataꝝ inter se. alio modo scḋm ordinē nostre cognitionis que interdū ex posterioribus ad priora procedit. ⁊ quia nomina imponuntur a nobis secundū ꝙ res cognoscimus. ideo interdum aliquid apud nos prius sortitur nomē cui tamē res nominis posterius conuenit. ⁊ sic est in proposito. nam quia forme substantiales rerum nobis innote sunt ex earum virtutibus. ⁊ virtutes ex operationibus. ideo per prius ipsarum nascentium generatio que dicitur natiuitas nomen nature accepit ⁊ consequenter virtus que est principium proximum generationis. et vltima forma substantialis. s secundū ordinem reꝝ forme prius competit ratio nature quia vt habet textus nihil dicitur habere naturam nisi secundum ꝙ habet formā. ⁊ sic forma scḋm ordinē reꝝ.

Primo natura dr̃. ⁊ materia dr̃ natura q̃a est forme susceptibilis. generationes vero nomẽ nature habẽt q̃ sunt motus procedẽtes a forma ⁊ ad formã terminantur.

**Tunc sit hec cõclusio** ad methaphisicũ pertinet cõsideratio huius nominis natura patet q̃ natura sm̃ vnam acceptionẽ dr̃ de omni substantia. s̃ methaphisici est cõsiderare substantiaꝫ in cõmuni ⁊ ea que de substãtia dicũtur. ergo eius est cõsiderare naturã. ⁊ hec de primo articulo.

**Quantũ ad secundũ est sciendum.** ꝙ necessariũ in ratiõe cause ponitur. ideo de modis eiꝰ determinat hic aristotil. ponẽs quattuor modos necessarij. Primo mõ dr̃ necessariũ illud sine quo res in esse saluari nõ potest sicut respirari necessariũ est animali respiranti. et similiter cibus necessarius est animali. et necessariũ hoc mõ dictum licet nõ sit causa principaliter rei est tñ quodammodo cũ causa. respiratio enim licet nõ sit causa vite animalis respirantis est tñ cũ causa inquantũ operatur ad tẽperamentuꝫ caloris naturalis sine quo nõ est vita. et similiter dicẽdum est de cibo sine quo animal viuere nõ potest. ⁊ sic ista dicũtur necessaria q̃ sine eis impossibile est rẽ saluari in esse. Scdo mõ dr̃ necessariũ illud sine quo bene ⁊ comode res esse vel fieri nõ potest aut etiam sine quo faciliter nõ potest malũ vitari. vt vestimenta necessaria sunt hominibꝰ. ⁊ infirmo necessaria ẽ purgatio. ⁊ istis duobus modis dicitur necessariũ ex suppositione ⁊ nõ absolute. s̃ primus modus sumit ex suppositione finis qui est esse rei. scdus ex suppositione finis qui dicit bene esse rei. Tertio modo dr̃ necessariũ illud qd̃ alicui infert violentiã ⁊ etiaꝫ ipa violentia nomen necessarij accipit. ⁊ sic ea que sunt violenta ⁊ choacta aliquid facere contra eoꝝ naturalem inclinationem vt graue ascendere sursum aut contra eoꝝ voluntateꝫ id est propositum necessitari dicuntur. ⁊ istius modi ponit aristotil. duas conditiones:

Prima est ꝙ tale necessariũ est triste et lamentabile q̃ est cõtra naturalem inclinationem aut voluntatẽ ⁊ appetitum. Scda est ꝙ tale necessariũ nõ est increpabile ymmo veniã meretur q̃ nõ increpamur nisi de hijs que voluntarie facimus de quibus rationabiliter increpamus si inordinata sint. Quarto modo dicitur necessariũ illud quod nõ cõtingit aliter se habere ⁊ hoc modo tã principia quam cõclusiones demonstrationũ simpliciter necessaria sunt. ⁊ isto modo dicitur necessariuꝫ absolute ⁊ simpliciter. ideo ad istũ modũ alij modi necessarij qui nõ dicuntur necessarij nisi sm̃ ꝙ reducuntur tantum habentes de ratione necessarij quãtum appropinquat istũ quartum modũ. Ex p̃missis infert aristotil. tria correspondentia se inuicem cõsequentia. primum est ꝙ in demonstrationibus simpliciter taꝫ premisse quã cõclusiones necessarie sunt ⁊ cum premisse sint cause conclusionum. sequitur ꝙ aliqua sint necessaria dupliciter. quedã quoꝝ necessitatis est altera cã. quedã vero quoꝝ necessitatis nulla ẽ cã. ⁊ alia sunt necessaria propter seipa. ⁊ hoc est cõtra democretũ qui dicebat ꝙ necessarioꝝ nõ sint inquirende cause. vt recipitur octauo phisicoꝝ. Scdm̃ correlarium est ꝙ oportet esse vnum primuꝫ necessarium a quo cetera habeant necessitatem quia in causis nõ est procedere in infinitum vt istud primum necessarium est maxime propter necessariũ quia ꝙ alijs est causa vt talia sint illud est maxime tale. vnde sequitur ꝙ necesse est ipsum esse simplex quia necesse est omne compositum se habere scdm̃ exigentiam suarum partium componentium. que quideꝫ partes cum diuerse sint tribuunt toti composito diuersas proprietates. ideo res cõposita ex diuersis potest differenter se habere. quod aũt pluribus mõis potest se hr̃e põt aliter ⁊ aliter se habere qd̃ diminuit de ratione necessarij. Tertiuꝫ correlarium est ꝙ si aliqua sint entia sempiterna ⁊ simpliciter necessaria oportet ea esse immobilia q̃ oẽ mobile aliter ⁊ aliter se habꝫ. vñ sequit vlteriꝰ ꝙ in sempiterna

⁊ immobilibus nihil potest esse violentum aut contra natura quia violentia fit a principio extrinsico mouente non conferente vim passo. ⁊ sic implicat contradictionem aliquid esse immobile ⁊ posse violentiam. et hoc dicit aristotiles. nec decepiō aduenat in nomine necessitatis. cū dicitur de substātijs immaterialibus ꝙ necessarie sunt ne per hoc aliquis intelligat in eis esse aliquā violentiam. vnde predictorum modorū sic habetur sufficientia. quia omnis necessitas vel est a causa intrinsica vel extrinsica Si primum est quartus modus. si secundum est dupliciter aut dependet ex fine. vel ex efficiente. si primum aut ille finis est esse ⁊ sic necessitas sumpta ab illo fine pertinet ad primum modum vel talis finis est bene esse ⁊ sic sumitur necessitas secundi. si sumatur ab efficiēte sic est tertius modus. nā violentia est quādo aliquid mouetur ab exteriori agente ad illud ad quod ex propria natura aptitudinem nō habet Si enim aliquid sm suā naturam ordinetur ad hoc quod recipiat motum ab exteriori agente tunc motus nō erit ei violentus. sed naturalis sicut est de motu orbium celestium a substantijs separatis ⁊ de motu inferiorum corporum a superioribus. ⁊ sic patet diuisio modorum necessarij.

**Tunc ad ante oppositum ra**tiones dicitur ꝙ phisicus nō considerat naturam sm omnē eius acceptionem. sed solum sm illam qua dicitur principium mouendi ⁊c. methaphisicus vero qui est vniuersalis artifex naturam habet considerare sm ꝙ de omni substantia siue sit materia siue forma. siue forma partis siue forma totius. siue sit materia prima siue secunda. siue etiam sit forma spiritualis. siue naturalis aliquomodo dici potest. Sequitur textus. Unum dicitur aliud ⁊c.

**Queritur quarto. vtrum illa** que dicuntur vnum quintomodo quorum scilicet intelligentia est indiuisibilis loco tempore ⁊ ratione sint maxime vnū. Arguitur ꝙ nō quia nihil est illomodo vnum eo ꝙ vel esset prima causa vel aliud tantum. si sit prima causa pluribus ⁊ varijs cōceptionibus concipitur. sicut varijs noībus nominatur. si sit cātum vel est genus vel in genere ⁊ omne tale compositum est ex actu ⁊ potētia. ergo nihil est cuius intelligentia sit indiuisibilis. Secūda illa quorum ratio cōpleta est eadem nullā penitus inter se habent distinctionem vt sunt tunica ⁊ indumentum. ergo habēt maximā vnitatem ⁊ per cōsequēs que sunt vnū quintomō nō sunt magis vnum ꝙ que sunt vnum quartomō. Ad oppositum est aristotiles in litera.

**Pro responsione est primo** sciendum. quā aristotiles. postꝙ in primo tractatu distinguit nomina importantia rationem principij vel cause. cōsequenter in secūdo distinguit noīa que aliquomō significant subiectū huius scientie vt sunt ista tria vnum ens ⁊ substantia. vnū aūt ⁊ ēs in hac scientia habent rationē subiecti cōmunis. substantia vero habet rōem subiecti principaliter. nā vt habet in quarto. ꝙuis hec scīa de oī ente cōsideret principaliter tñ de substātia. ⁊ quia cōia sunt priora via doctrine. ideo prius distinguit vnum ⁊ ens ꝙ substantiā. ⁊ quia vnū habet quodāmodo rōem principij. vt dicit textus ideo prius distinguit nomē vnius ꝙ nomē entis.

**Ubi est secundo sciendū. ꝙ** vnū prima sui diuisione diuidit in vnum sm se ⁊ in vnū sm accidēs. ⁊ vnum sm se diuidit in vnū realiter sumptū quādo. s. vnitas sumit a conditione existente a parte rei. ⁊ vnū logicaliter sumptū qn̄do. s. talis vnitas attendit sm aliquā intentionem logicam. vnde aristotiles. primo ponit modus vnius sm accidēs. Secūdo modus vnius sm se ⁊ realiter sumptū. ⁊ tertio modos vnius sm se ⁊ logicaliter sumpti. vnde sic vnius sm accidēs ponit aristotiles. tres modus. Primus est quo subiectū ⁊ accidens dicunt vnū vt choriscus musicus est vnū ens Secūdus modus est quo duo accidentia eidem subiecto inherentia dicunt vnū vt albū ⁊ musicū vnū sunt quia vni subiecto insunt Tertius modus est quo accidēs ⁊ genus vel species sui subiecti dicuntur vnum vt hominem musicum dicimus esse vnum ⁊ differunt hic modus a primo modo.

Dicit in primo ex duobus fit vnū solū qr vnū in est alteri nec ambo insunt vni tertio. s in hoc modo vnum in est alteri scilicet musicū homini. z homo adhuc in alio. vt in chorisco vel alio singulari p qd accidit homini esse musicū. dicit tamē musicū inest homini z homo corisco qr musicū inest homini vt accidēs homo aut chorisco vt eius substātia que in hoc modo musicū non dr homini accidere sicut in scdo modo. in odo albū z musicū sibi inuicē accidūt. i. qr vtraqz chorisco insunt vt accidēs subiecto. inter aūt istos modos pm⁹ est numer⁹ per accidens. deīnde tertius. scdus vero est magis per accidens.

Ulterius est sciendū q vnū fm se z realiter acceptū dr quinqz modis proprie z alijs modis metaphorice. Primo mō dr proprie aliquid vnū continuitate z hic modus subdiuid r quia vel talis cōtinuitas est ab arte vt duo ligna visco vel alio vinculo vnita dicerētur vnū vel talis cōtinuitas est a natura qd fit dupliciter. qr vel tale cōtinuū est rectū vt tibia vel est reflexum vt cōtinuū ex crure z tibia z istoz cōtinuū natura ē magis cōtinuum quā cōtinuum arte. z adhuc cōtinuum natura qd est rectū ē magis vnum quā qd est reflexum. quod probat textus per diffinitionem veri cōtinui quia dicit q vere cōtinu⁹ est vn⁹ motus fm se modo in reflex's cōtingit vnam partem moueri alia quiescente qd non contingit in rectis z sic continuū rectum est magis vnum quam cōtinuum reflexum. q aūt continuū natura sit magis vnum quam cōtinuum arte. quod solum est vnum fm contactum. probatr quia que sic se tāgunt vt ligna visco vnita nō dicuntur vnum lignum nec vnū corpus aliquod aliud vnum quod pertineat ad genus continui quia ista non habent vnitatem continuitatis per seipsa. s per aliquod vinculum quod ea contingit. s illa que dicuntur vnum natura quāuis habeant reflexionem per se ipsa tamen habent vnitatem cōtinuitatis sicut due linee reflexe continuātur ad vnū terminum cōmunem qui est pūctus in loco vbi constituit angulus. s tamen vt dictum est magis sunt vnū illa que sunt per se continua sine reflexione.

Et circa diffinitionem continui sciendū est. q diffinit philosophus continuum per motum z non per vnitatem termini ad quem partes complerentur vt dicitur in predicamentis neqz per diuersitatem in infinitum vel in phisicis quia ex ista diffinitione data per motum magis potest sumi diuersus grad⁹ vnitatis in diuersis continuis sicut dictum est. Secundomodo dicuntur aliqua vnum fm se z realiter quoz est vnū subiectū. i. vna materia prima aut vltima seu propria. si que cōueniant in materia proxima. z illa que sic conueniūt in materia prima z remota. hoc modo liquefactibilia dicuntur vnum quia omniū eorum materia est aqua vel aer. aer scilicet in pinguibus viscosis z inflammabilibus. aqua vero in non viscosis z congelabilibus. Tertiomodo dicuntur aliqua vnum quoz est vnum genus: vt dicimus hominem bouē z canē esse vnū quia hec omīa animalia sunt z hec vnitas vt dicit textus assimilantur vnitati pcedentium propter proportionem generis ad materiam. quedam tamen bene dicuntur vnū fm predicationem generis remoti quod ad ipa non descēdit p drās diuersas que nō dicerentur vnū secundum predicationem generis proximi quod in ipa descendit per drās diuersas. vt ysopleru z ysocheles vnum dicuntur id est vna figura. sed non vn⁹ triangulus. Quartomodo dicuntur esse vnum que habent eandē diffinitionē cōpositā. vt tunica z indumētum vel incōpositā vel augmentū z diminutio que in hoc conueniūt q sunt motus ad quātitatem z hoc modo magis sunt vnum quorum est una diffinitio composita q quorum est una diffinitio incomposita.

Quinto mõ dr̃ vnũ illa quorũ intellĩgẽtia est indiuisibilis ⁊ nõ potiuit separari. neq; tẽpore neq; loco l. eq; ratiõe. ⁊ iste modus reperit tã in substantia ꝙ̃ in accidentibus. in substãtia sicut dicunt⁹ qđ substãtia est supremũ genus. quis enĩ genera generalissima sunt quodãmodo cõposita ex potentia ⁊ actu. nõ tñ ex differentia ⁊ genere. ideo habent simplicem conceptũ indiuisibilem. in accidentibus aũt vt in pũcto ⁊ vnitate in quorũ diffinitionib⁹ nõ ponũtur ptra cõpositionẽz denotãta in existentijs eorũ. ⁊ hoc magis reperitur in vnitate quã in pũcto. veri⁹ etiã reperitur in substantia ꝙ in accidentib⁹ qr intellect⁹ accidentis nõ est nisi per subiectum quare iste intellect⁹ vnitatis solũ simplicibus couenit in quib⁹ non est cõpositio ex principijs materialib⁹ ⁊ formalibus neq; ex genere. ⁊ drã ideo intellect⁹ accipiens quidditatem eorũ nõ apprehẽdit ea quasi cõponens diffinitionẽz essentie ex diuersis principijs. ſ; magis concipit diffiniendo per modũ negationis. sicut punctus dicitur cuius pars nõ est. vł per modũ habitudis ad cõposita. vt dicitur ꝙ vnitas est principiũ numeri. etiam vt habetur tertio de anima simplicia intelligim⁹ per cõposita. Ex quo patet ꝙ q̃ hoc modo dr̃ vnũ sunt maxime vnũ ideo ceteri modi vnius ad istũ modum reducũtur quia vł̃ verum est ꝙ quecũq; nõ habent diuisionẽ dr̃ vnum secundum aliquid in quãtũ diuisionem non habent. ⁊ fm̃ illud sicut que nõ diuiduntur in rationeali dr̃ vnũ in animali. ⁊ que nõ diuidũtur in magnitudine vł̃ mensura dr̃ vnum fm̃ magnitudinem sicut cõtinua. Ex predictis patet sufficientia modorũ vnius fm̃ se ⁊ realiter capti. quia vnum aut est indiuisibile simpliciter ⁊ sic est quintus modus. aut indiuisibilis fm̃ aliquid ⁊ hoc dupl'r. aut secundũ quãtitatem tantũ ⁊ sic est prim⁹ modus. aut fm̃ naturã. ⁊ hoc dupliciter aut fm̃ naturam que est subiectum siue materia. aut fm̃ naturam que est forma. si primum hoc est dupliciter vł tale subiectum est reale subiectum ⁊ sic est secundus modus. vel est subiectum rationis ⁊ sic est tertius modus. si fm̃ naturaz q̃ est est forma a qua sumit̃ ratio rei sic est quartus modus. ⁊ sic patet de mõis q̃bus dicitur vnũ proprie ⁊ secundũ se. ⁊ realiter dictum.

Ulterius sciendũ est ꝙ ex p̄dictis istis modis per quandã similitudinem aliqui alij modi deriuãtur sicut vno modo aliqua dicuntur vnum quia faciunt aliq' vnũ ⁊ multi homines trãscendẽtes nauem. Alio modo aliqua dr̃ vnum quia vnum patiũtur. vt plures homines sunt vnus populus eo ꝙ ab vno rege reguntur. Tertio aliqua dicuntur vnũ eo ꝙ aliquid habent vnũ sicut sosiores possessores vnius agri dicuntur vnum in dominio. Quarto mõdo dr̃ vnũ p hoc ꝙ quodã modo sunt vnũ sicut multi homines albi dicuntur vnum. ſ; in istis modis non est vnitas proprie dicta sicut in modis precedentib⁹. vlterius addit aristotil'. vnũ aliũ moduz quo aliquid dicitur vnum eo ꝙ est totum vel perfectum ⁊ iste modus reperitur in illis que nõ habent aliquam speciẽz vnam sicut sunt homo genera. ſ; in ipis species in quadam totalitate consistit requirens debitum modum partium. ⁊ ita calceus cui de est solea nõ dicitur vn⁹ calceus. ⁊ ex hoc modo vnitatis infert aristotil'. ꝙ linea circularis est magis vna quã recta quia nõ solũ vnitatem continuitatis sicut recta ſ; etiã totalitatem ⁊ perfectionẽ quantũ habet linea recta quia non potest fieri additio circularis sicut rectis.

Ulterius sciendũ est ꝙ post istos modos vnius aristotil. ponit quãdam proprietatem vnius dñs ꝙ rõ vnius in hoc consistit ꝙ sit principium alicuius numeri ꝙ sic probat quia vnũ est prima mensura numeri. quia omnis numerus numerat̃. mensura aũt habet rationem principij quia per mensuram res mẽsurata cognoscũt. res aũt cognoscũt p sua principia propria. igitur vnum habz rationem principij circa quodlibet gen⁹.

Notat tñ textus ꝙ vnũ ꝙ est principiũ cognoscẽdi ⁊ essendi nõ est idem in oibus generibus, ymmo in diuersis ẽ diuersum vt exẽplificat textus ꝙ dr̃ quarto huius ꝙ in quolibet genere est vnũ primũ ꝙ oportet esse minimũ ⁊ indiuisibile ad hoc ꝙ sit mẽsura ⁊ mensura omniũ illoꝝ que sunt illi⁹ generis ⁊ circa istã proprietatem generis.

Sciendũ est ꝙ circa propriam mensurã eũ propter rõ vni⁹ ſm ꝙ ẽ principiũ numeri ⁊ nõ est idẽ cũ vno ꝙ cõuertitur cũ ente vt in quarto dictũ est rõ eñim vni⁹ ꝙ conuertit̃ cũ ente in sola indiuisione cõsistit. rõ aũt vni⁹ ꝙ est principiũ numeri in mẽsuratione ſtñ hec rõ mensure licet primo conueniat vni ꝙ est principiũ numeri tñ per quãdã similitudinem deriuat̃ ad vnũ in alijs generib⁹ vt decĩo hui⁹ patet. ⁊ ista rõ mẽsure vni ꝙ cõuertitur cũ ente etiã conuenit.

Ulterius est sciẽdũ ꝙ vnũ ſm se dictũ ⁊ large acceptum diuidit̃ in vnũ numero ⁊ in vnũ spẽ ⁊ vnũ genere ⁊ vnũ analogia. numero dicitur vnũ quorũ mã ẽ vna. specie quoꝝ rõ est vna. genere quoꝝ eadem est forma pdicationis analogia seu pportione quecũq se habẽt ad aliquid aliud ⁊ facile est hui⁹ diuisionis a significare sufficientiã vt habet textus in istis modis posteriores includũt pcedentes. nã quecũq sunt vnũ numero sunt vnũ spẽ genere ⁊ analogia ſ non ecõtra ⁊ que sunt vnũ genere sunt vnum analogia ſ nõ ecõtra. ⁊ sic patet de modis vnius ⁊ finaliter vt habet text⁹ per oppositum ad modos vnius debẽt sumi modi multoꝝ quia tot modis dicitur vnũ oppositoꝝ ꝙ modis ⁊ reliquum.

Sit hec cõclusio responsalis illa que sunt vnũ quinto mõ maxie sunt vnũ patet qꝛ in ipsis est maxime indiuisibilitas igit̃ ⁊ maxie vnitas. qꝛ vt hab; textus pũctus se habet ad vnũ sicut ad esse in diuisibile vnde in primo mõ ꝙuis cõtinuũ sit indiuisũ actu potest tñ diuidi ⁊ sic est multa in potentia q̃ sunt vnũ secundũ materiã diuidũtur ſm formas. ⁊ que sunt vnũ genere diuit spẽ. ⁊ que sunt vnũ qrto mõ. s. rõe adhuc qõlibet eorũ in suo intellectu diuisionẽ habet pro quãto diffinitio eius cõstituit̃ ex diuersis principijs vt ex genere ⁊ dĩa vel mã ⁊ forma quorũ neutrũ est de intellectu alteri⁹. ſ in quito modo est omnimoda indiuisibilitas q̃a neq ſm temp⁹. neq ſm locũ. neq ſm rationem ibi repitur separatio ⁊ p hoc patet solutio ad secundam rationem.

Ad illã rationem dicit̃ ꝙ ad hoc ꝙ arguit̃ de prima causa dr̃ ꝙ tales cõceptus nõ ponũt cõpositionẽ in re ipsa. ſ solũ in modo cõcipiendi de generalissimis dictũ est ꝙ propter nõ habẽt diffinitionẽ. scõa soluta est. sequitur textus. Ens dicitur hoc idem.

Queritur quinto vtrum diuisiones entis ⁊ substãtie cõposite in textu sint sufficientes. Arguit̃ primo ꝙ nõ de diuisionib⁹ entis qꝛ due coicidunt. s. illa q̃ dr̃ ens mens ſm se ⁊ in ens ſm accidens ⁊ illa qua dr̃ ens in substantiam ⁊ accidens qꝛ vt videt̃ illud est ens ſm se ꝙ substãtia ⁊ ens ſm accidẽs ꝙ accidẽs igitur. Scdo arguit̃ cõtra diuisionem qua dr̃ ens i ens in aia ⁊ in ens extra animã qꝛ ens in aia se extendit ad nõ entia igit̃ illa diuisio nõ est sufficiens. similiter ens impotẽtia ⁊ nõ ẽs vt potẽtia albũ ẽ albũ igit̃ diuisio entis in actũ ⁊ potentia est insufficiens qꝛ diuisũ dz verificari de quolibet diuidentiũ. Deinde arguit̃ contra diuisionẽ substãtie qꝛ quart⁹ modus coicidit cũ scdo eo ꝙ rei q̃ dditas est causa essendi rei. Itẽ materia est substãtia et tñ nõ cõprehendit̃ in aliquo modoꝝ substantie. Ad oppositũ est ph̃us in textu p̃mo videbit̃ de modis entis, scdo de modis substantie.

Pro primo sciendum est ꝙ in textu ens diuidit̃ in ens ſm se. ⁊ in ens ſm accidẽs. vnde est aduertendũ ꝙ hec diuisio entis nõ est eadem q̃ diuidit̃ ens in substantiã ⁊ accidens ꝙ ex hoc patz qꝛ aristotil' primo modo ens secundum se diuidit in decẽ predicamenta. quorũ nouem sunt de genere accidentis.

Pro solutione igit̄ p̄mie rōis ante oppositum est aduertendū q̄ ens dr̄ substantia ⁊ accidens fm absolutā entiū cōsiderationē, sicut albedo in se cōsiderata dicitur accn̄s. s̄ prout sumit̄ accidēs per cōparationē accidēns ad substantia q̄ quidem cōparatio explicat̄ p̄ cōpositionem cuius est nota hoc verbū est vt cū dr̄ homo est albus hoc tn̄ homo est alb⁹ est ens fm accidens ⁊ sic ens fm accidēs accipit̄ fm q̄ aliqd p̄dicat̄ p̄ se vel per accidēs d̄ aliquo. diuisio vero entis in substantiā ⁊ accns attendit̄ fm q̄ aliquid in natura sua absolute cōsiderata est substātia vel accidens.

Secundo sciendum est q̄ in textu subdiuidit̄ ēs fm accn̄s i tres modos. Primus est qn̄ accidens d̄ accidēte p̄dicatur vt iustū est musicū. Scd⁹ est qn̄do accidēs ponit̄ d̄ subiecto vt homo est iust⁹. Terti⁹ est qn̄ subiectū predicatur de accidente. vt musicum est homo. ⁊ circa istos modos essendi ⁊ predicandi per accidēs dicit plus q̄ dicēdo homo est homo nihil aliud designat̄ q̄ homo accidit hōi s̄ in primo mō non debet intelligi q̄ accidēs acc dēti accidat s̄ q̄ ambo eidē subiecto accidūt sic ē accidens positū a parte p̄dicati accidit subiecto accidentis posito in subiecto. sed in scdo mō p̄dicatū accidit subiecto. s̄ in tertio mō p̄dicatū est cui accidit subiectū

Sciendū tertio q̄ ens secundū se q̄ ē ens pfectū ⁊ extra aiam existēs diuidit̄ in dece p̄dicamēta. ideo dicit text⁹ tot mōis dr̄ ens fm se quot modis cōtigit figurā p̄dicationis variari. ideo q̄ modus p̄dicandi sumit̄ a modo essendi ideo in omni p̄dicatione significat̄ alqd ē aut simpliciter aut fm quid n̄c est instātia vt dicit text⁹ de enūciationib⁹ in quib⁹ nō ponit̄ hoc verbū est vt cū dr̄ homo currit q̄ in omni alio verbo claudit̄ hoc verbū est ⁊ ita in omni enūtiatione significat̄ aliquid esse vel simpliciter vel secundū qd. nihil eni dr̄t dr̄e homo est currens ⁊ homo currit. ideo quociēs aliqd dicit̄ id est p̄dicatur tociēs est significat. sufficientia aūt p̄dicamentoꝝ satis habetur in loicis ⁊ phisica et eaꝫ resumit sanctus thomas in hoc passu.

Et est aduertendum q̄ enumerando p̄dicamēta pretermittit situm ⁊ habitū. ⁊ hoc facit vel ꝓpter breuitatē vel forsan propter euitatis puritatē illoꝝ duoꝝ quā nos latet. ideo solū ea enumerauit sub hoc cōi q̄ est ens fm se nō nominādo ea spāliter. s̄ q̄ liber p̄dicamētoꝝ spāliter ordinat̄ ad tractandū d̄ p̄dicamentis. ideo ibidē singillatim ⁊ specialiter enumeratur vnumquodq̄.

Ulterius sciendū est quarto q̄ preter modos enumeratos p̄bus aliū modū ponit qō dr̄ ens in aia. ⁊ per ens significat veritatē cōpositionis quā facit intellect⁹ intelligēdo vnū in habitudine ad reliqū vt dnit⁹ aheo aut idem sibi ⁊ per oppositū nō ens significat idē qō falsum ⁊ iste mod⁹ entiū reperit̄ tam in affirmationib⁹ q̄ in negationib⁹ quarū aliq̄ quādoq̄ sunt vere ⁊ qn̄q̄ false et cōperatur iste modus entis ad primū qui est ens extra aiam sicut elect⁹ ad causam. Ex hoc eni q̄ aliquid est in rerū natura aut nō est sequit̄ veritas vel falsitas in cōpositione vel diuisione significata p̄ hoc verbū est prout est verbalis copula. Et ideo est aduertēdū q̄ ens hoc modo dictū nō causat̄ a re extra animā existente nā aliquid q̄ est in scdō ens vt sunt negationes priuationes ⁊ figmēta. intellectus cōsiderat vt qō ens dū format aliq̄ ꝓpositionē cōpositā ex tali nō ente. ⁊ ita hoc mō aliquid dr̄ esse ens q̄ tn̄ non habet aliqō esse in rebus extra aiam existentibus. ⁊ hec dio entium in ens in anima ⁊ in ens extra aiam magis larga est quasi diuisio entis in ens fm se ⁊ in ens secundum accidens.

Ulterius sciendū est q̄ ens etiā diuidit̄ p actū ⁊ potentiā ⁊ hec diuisio entis in quolibet p̄dicamēto reperit̄ q̄ in quolibꝫ dr̄ aliquid fm actū ⁊ aliqd fm potentiā. reperit̄ etiam ista diuisio in entibus rōis vt in priuationib⁹ vt aliqd dicitur quiescere fm actū ⁊ aliquid scdm potentiaꝫ. ⁊ sic ista diuisio ambit oē ens ⁊ omne gen⁹ entis. s̄ determinare de ea

te in potentia ꝛ in actu ad nonū librum
ptinet in quo tractaṫ de diuisione entiū p
actum ꝛ potentiam.

**Tunc sit cōclusio· diuisiões**
entis in textu posite sunt sufficientes pa
tet, qꝛ compbendūt oēm modū entium
nec vna coincidit cum alia igiṫ. quaꝝ di
uisionū vna est in ens fm se. ꝛ in ens fm
accidēs. scđa est entis fm accidēs in tres
modos. tertia est entis fm ꝙ est pfectuꝫ
ꝛ extra animaꝫ existens in decem pdica
mēta. Quarta est ens in aīa ꝛ i ens extra
aiam. Quinta est in ens in actu ꝛ ens in
potentia ꝛ hec de primo articulo.

**Quantū ad secunduꝫ scien**
dum est primo. ꝙ q̄uis sit prius determina
tum tā de vno q̄ de ente propter causam
dictā. ꝛ prius intēdit phus ꝓpter eandē
causam determinare de ptibus vnius q̄
entis nichilominꝰ prius tractat d̄ substā
tia ꝛ modis eius. licet sit pars entis quā
tractat de partibus vniꝰ. Cuiꝰ rō est du
plex vna ē iaꝫ dicta qꝛ substāa ꝛ si non
habeat ratonē subiecti oīs habꝫ tñ ratō
nem principalis. ideo statꝫ post modos
vnius ꝛ entis ponit modos substāne. a
lia causa potest dici qꝛ vnicū est pdicamē
tum substāne. ꝛ sic nō est de accidēte ꝛ iđ
qꝛ facilius est enumerare modos substā
ne q̄ accidentis prius se expedit de sub
stātia ꝛ modis eiꝰ q̄ tractat de ptibꝰ vniꝰ

**Sciendū secūdo· ꝙ substā**
tia i textu diuidiṫ i q̄tuor modos. quoꝝ
tñ tertiꝰ veritatē nō habet. ſ solum illum
ponit aristotil. fm oppinionē phoꝝ quaꝫ
nondū reprobat. Primo ergo substāa
ꝛ prīcipaliter dr̄ illud ꝙ nō est in subiec
to nec de subiecto dr̄. vt sunt prime sub
stantie ꝛ ptes integrales ipaꝝ de quibus
oībus textꝰ exēplificat. ꝛ inter exempla
ponit demonia. et hoc fm oppinionē ponē
tiū deos esse aīalia rationabilia quos sic
diffiniebant ꝙ sunt aīalia corpora aerea
aīa passiua mēte rationabilia tēpore eter
na. Scđo modo dr̄ substāa illud ꝙ
est causa essendi prime substāne ꝛ sibi in
existens ꝛ hoc mō forma partis substan
tia dicitur. ꝛ diciṫ in existens ad remouendū
illud ꝙ est essendi causa vt efficiens.
Tertio mō dr̄ substāa q̄cūꝙ ptecula ex
istēs in substātia primo mō capta termi
nās ipaꝫ. ꝛ hoc aliqd significās sine quo
esse nō potest substantia primo mō dicta
ꝛ isto mō fm platonicos ꝛ pitagoricos
numeri puncta. superficies ꝛ linee di
cūtur substātia reꝝ ꝛ ꝓcessit error iste quā
tū ad numeros qꝛ nō distinguebāt inter
vnū ꝙ cōuertiṫ cū ente ꝛ vnū ꝙ est princi
cipiū numeri. ſ quātū ad dimēsiones er
ror ꝓcessit qꝛ nō distinguebant inter cor
pus de genere substāne ꝛ corpꝰ de gene
re quātitatis. Quarto mō dr̄ substan
tia ipa rei q̄dditas q̄ significat diffinitio
reꝝ ꝛ dr̄ iste modꝰ a scđo qꝛ in isto dr̄
substātia forma totiꝰ que includit omnia
pricipia essentialia rei que cōperaṫ ad ip
sum cōpositū qđ significaṫ vt habens ta
lem formā tanq̄ forma ꝛ eius substātia.
ſ scđo mō dr̄ forma ptis substāa q̄ ad
materiā cōparaṫ vt faciens ens in actu.

**Alterius est sciendū· ꝙ vt**
habet textus oēs modi substāte ad du
os possunt reduci. s. ad primū in quo di
ciṫ substāa est illud quod vltimo subi
citur in ꝓpositionibꝰ ita ꝙ de alio āplꝰ
nō probaṫ ꝛ hoc est aliquid perse subsi
stens ꝙ est sepabile ꝛ ab oībus distinctū
ꝛ nō cōicabile. ꝛ quantum ad hec tria dif
fert substantia vlis a pticulari primo qꝛ
substātia particularis nō predicatur de a
liquo inferiori sicut vlis. Scđo ꝙ substā
tia vlis nō subsistit. nisi in rōe singularis
q̄ p se et primo subsistit. Tertio qꝛ substā
tia vlis ē in mltis nō aūt singularis. ſ ē
ab oībus seperabilis ꝛ distincta. pōt etiaꝫ
dari scđus modus substāne in quo con
ueniunt quartꝰ ꝛ scđus vt dr̄ substātia il
lud ꝙ est esse rei causa ꝛ intrīsecū principi
uꝫ. ꝛ hoc mō cōuenit essentie seu q̄dditati
rei ꝛ etiā forme ptis que diciṫ substan
tie ſ dr̄it vt visum est. ꝛ in hac reductiōe
ptermittit aristotil. 3m modū qꝛ veritatē
nō cōtinet qꝛ nō est substātia actu. pōt ta
men intelligi in primo mō qꝛ substātia
particularis in rebus materialibꝰ nō ha
bet ꝙ sit subiectū ꝛ ꝙ sit indiuiduū nisi
ex materia significata q̄titate. sit igiṫ alia

cõclusio pro scðo pūcto. diuisio substãte
est sufficiens patet p ea que dicta sunt ra
tiones soluūtur ex dictis. sequitur textus
Eadem vero dicunt ꝛc.

**Queritur sexto. vtrū diuisio**
nes vnius eiusdē ꝛ diuersi differentis et
similis ꝛ dissimilis oppositi contrarij di
uersoꝝ spē ꝛ eorundē spē sint sufficienter
posite. Arguit ꝙ nõ qꝛ vnū ꝛ idē sunt
idē inter se igit ponis modis vni⁹ superflue
repetūtur modi eiusdē. Scðo sic diuer/
sum ꝛ diuersū idem sunt igit sufficit alterū
distinguere. Tertio sic vbi est quõ in p
ma causaꝝ nõ existat ꝛ sic quidditas soꝛtis
est in prima causa ꝛ per cõsequens si mo
di similes essent bene assignati prima cau
sa esset similis sorti. Quarto sic de mo/
dis oppositionis cõtrarietatis ꝛ diuerso/
rū ꝛ spē est habitus in loyca igit non sunt
hic reperēdi. Ad oppositū est auctoritas
philosophi.

**Pro responsione sciendum**
est primo. ꝙ post ꝙ phus distinguit no/
mina significātia ptes substãtie cõseque
ter distinguit noīa que significāt ptes vni
us. ꝛ entis. ꝛ primo illa que significāt p/
tes vni⁹ propter causā prius dictā ꝫ du
plices sunt ptes vni⁹ quedā sunt primarie
alie secūdarie. Primarie sunt vnū in sub
stantia ꝙ dr idē. vnū in qualitate ꝙ dr
simile. ꝛ vnū in quãtitate ꝙ dr equale vn
de primo distinguit istas primarias par
tes tñ nõ facit mentionē de equali nec de
suo opposito. s. ī equali qꝛ eoꝝ multiplici
tas satis est manifesta. ꝛ qꝛ hec scīa non/
dum habet cõsiderare vnū ꝛ partes ꝛ p/
prietates vnius vt habet in quarto. ꝫ eu
am habet cõsiderare multitudinē que vni
opponit ꝛ ptes siue modos multitudis
ꝛ proprietates eius. ideo aristot. distig
uit ista noīa diuersum ꝙ opponit eidem
drīs quõ est spēs diuersi sic etiā oppositū
ꝛ cõtrariū que sunt secūdarie ptes multi
tudinis ꝛ pluritatis cõtente sub diuerso
ꝛ differenti q̃ sunt contrarie ptes. ꝛ qꝛ cõ
traria drīr spē. ideo oñdit quot modis
aliq̃ drīr specie diuersa. ꝛ ex aduerso quot
modis drīr eadē spē. ꝛ qꝛ pri⁹ ꝛ posteri⁹
quodam modo cõsequit rōez vni⁹ eo ꝙ
vnū cē est pricipiū esse. pricipiū aūt impor
tat ordinē. ideo etiā agit de modis prio/
rum ꝛ posterioꝝ de quib⁹ patebit in q̃sti
one sequēti ꝛ sic patet ordo et causa cõsi/
derationis ꝛ numer⁹ illoꝝ noim que sig/
nificāt ptes vni⁹ aut multitudinis de q̃
bus nomin. b⁹ vidēdū est ꝺ quolibꝫ sub
breuibus in pñti questione ꝛ primo de/
modis eiusdem.

**Pro quo sciendū est. ꝙ idē**
dr dupliciter quēadmodū ꝛ vnū nã idē
sup vnum nõ addit nisi relationē. dicit
igitur idem sm accidēs ꝛ idē sm se. idē
sm accidēs dr tribus modis sicut vnū
sm accidens. s. cū accidēs de accidēte p
dicatur. scðus est cū accidēs de subiecto
p dicatur. Terti⁹ est cū subiectū de acci/
dente p̄dicatur quõ enim de aliquo p̄di/
catur significatur idē esse ipi. sꝫ cu p̄dica/
tum nõ potest dici de subiecto vlr tūc est
sibi idem sm accidēs vt dicit textus. naꝫ
accñs p̄mo ꝛ simpliciter in ē singularib⁹
que nõ recipiūt additionē signi vlis ido
accidens nõ p̄dicatur vlr. idem vero sm
se tot mois dr quot mois dr vnū sm se.
q̃ modi ad duo possūt reduci. prim⁹ ē
sm quem vnū dr quoꝝ natura est vna
aut sm spēm aut sm numeruꝫ ad quem
modū reducūtur. scðus ꝛ terti⁹ modi. se
cūdus est sm quē vnum dicūtur quoꝝ
substãtia est vna vel ratione cõtinuitatis
ꝙ pertinet ad primū modū vel ꝓpter ra/
tionis vnitatē ꝙ ptinet ad quartum vel
ad quintum.

**Sciendū est autem tertio. ꝙ cū**
ydemptitas sit quedam vnitas vel talis
vnitas est pluriū sm esse cõuenientiū in
aliquo vno ꝛ tūc talis vnitas vel ydēp/
titas posset esse relatio realis ꝛ haberet ex
trema realiter diuersa vel talis vnitas es
set vni⁹ sm esse quo intellect⁹ nr vtitur ve
lut duob⁹ cuꝫ dicit idem sibi ipi esse idē
ꝛ hec ydēptitas nõ est relatio realis ꝫ ra/
tionis tm. si eni hec ydemptitas esset re
a causa ꝓpter illud ꝙ dr esse idem etiã in
illa relatio cū esset eadē sibi pari rōe habe
ret aliā relationē que idē sibi esset ꝛ sic in
infinitū. ꝫ nõ ē possibile in reb⁹ ꝓcedere
in infinitū. ꝫ in hijs que sunt sm intellec/

tuz nihil probibet. nā intellectus ref lex’ supra suū actum intelligit se intelligere ⁊ hunc actū quo intelligit se intelligere po test iterū intelligere ⁊ sic in infinitum.

Tertio sciendū est. q̄ diuer sum tripliciter dr̄. Primo modo aliqua dr̄r diuersa quoꝝ spēs sunt plures sicut asinus ⁊ bos. Secūdo mō dr̄r aliqua aliqua diuersa que dicuntur scd̄m mate riam. vt duo indiuidua eiusdem speciei. Tertio mō aliqua dr̄r diuersa quecū/ q̄ habent rōem substantie .i. diffinitionē diuersā. queda enim possunt esse idē nu mero q̄ ratione diuersa sunt. vt sortes ⁊ albedo eius. ⁊ q̄ plures modi diuersi/ tatis accipi possunt vt q̄ dicatur diuer sum genere aut diuersū ꝑpter conuinit dicitionē. ideo subiūgit textus q̄ cū di/ uersis eidem opponat ideo cuilibet mō eiusdem opponit aliquis modus diuer si ⁊ sic est facile magis ꝑticulariter enu/ merare modos diuersi per oppositū ad modos eiusdem. possunt tn̄ omēs redu ci ad tres modos predictos.

Sciendū est quarto q̄ tri bus modis dr̄ drn̄s. Prim’ modus est quo quecūq̄ diuersa, eadem tn̄ entia vel numero vel spē vel genere vel ꝑportione differre dr̄r ⁊ iste est propri’ modus diffe rentie. vnde patet q̄ oē differēs est diuer sum s̄ nō ecōtra. nā illa que in nullo con ueniūt nō ꝑprie dicūtur drn̄a q̄ non drnt aliquo alio a se ipsis que tn̄ sunt diuersa. Scd̄us modus est quo drn̄s cōmu/ niter sumit pro diuerso ⁊ sic drn̄a dr̄r etiā illa que habēt diuersuz genus ⁊ in nullo cōueniunt. ⁊ circa modū differētis dicit tex tus q̄ q̄ cōuenientia in spē solū differunt per accidentales drn̄as. que vero genere cōueniunt drn̄ter formalibus drn̄is ideo ꝑprissime dr̄r drn̄a que sunt eadez ge nere ⁊ diuersa spē ⁊ ista oia vel sunt con/ traria vel in sua ratione habēt cōtrarieta tem. nā omne gen’ diuidit in cōtrarias drn̄as licet nō semp in contrarias spēs vt spēs alie nō sunt contrarie s̄ bene inclu/ dunt in sua ratione cōtrarietatem drn̄arū contrariaꝝ. s̄ tam spēcies coloris q̄ dr̄e sunt contrarie.

Sciendū est quinto q̄ simi le dr̄ tribus modis ⁊ magis simile duo/ bus modis. vnde q̄ vnū in qualitate fa cit simile ⁊ passio est affinis qualitati q̄a maxie actendit passio immutatione q̄li tatis que est alteratio ideo similitudo nō solū accipit s̄m cōuenientiā in qualitate s̄ etiā s̄m q̄ est cōuenientia in passione. Primo mō ergo dicūtur similia quecun q̄ eadem passione s̄m spēm paciūtur vt duo febricitantes. Scd̄o mō dr̄r simi lia quecūq̄ patiūtur etiā si passiones eoꝝ spē differant. ⁊ hec similitudo fundat su/ per vnitate passionis s̄m genus vt sortes verberatus ⁊ plō incarceratus dicerētur similes. Tertio mō dr̄r similia quorū est qualitas vna ⁊ hoc mō diffinit boeci’ similitudinē. q̄ est reꝝ differentiū eadem qualitatis. vt duo alba similia dr̄r. Sed magis simile. vno mō dr̄ q̄ s̄m plures q̄ litates alteri assimilat. vt duo habētia ca ritatem ⁊ claritatem magis similia dice/ rentur q̄ si vna qualitate solū cōuenirent Alio mō dr̄ aliquid magis simile quan do cōuenit in alio in qualitate magis si/ bi naturali. vt aer cōueniens cū igne in ca liditate ē magis sibi similis quaz terra q̄ cōuenit cū igne in siccitate. q̄ calor ē ma gis naturalis qualitas igni q̄ siccitas. et per oppositū ad istos modos similitu/ dinis faciliter acciperentur modi dissimi litudinis.

Sciendū est sexto q̄ oppo sita q̄tuor modis dr̄r. s. contradictoria. cōtraria priuatiua ⁊ relatiua. ⁊ de hoc satis habitū est in post p̄dicamētis. hic tn̄ no tat text’ q̄ duob’ modis cognosci po/ test quādo aliqua sunt opposita. Pri mus est per cōparationē ad motuz. nā in quolibet motu ⁊ mutatiōe terminus a quo opponit termino ad quē. Secū dus mod’ est per cōparationē ad subiec tum. nā illa que nō possunt in esse eidem susceptibili simul oportet admīnꝰ ēē op posita vel s̄m se ipsa vt albuz ⁊ nigrū vel s̄m ea ex quib’ sunt. vt asinus ⁊ homo q̄ in suis rōibus includūt drn̄as oppositas sicut etiā pallidū q̄ includit nigrū op/

ponitur albo. ⁊ dictū est notanter eidem susceptibili q2 queda non possunt alicui eidez subiecto in esse simul nō ꝓpter oppositionē quā habēt. s3 q2 subiectū nō est susceptibile vtriusq3 sicut albedo. ⁊ musica nō possunt eidem subiecto in esse vtꝫ licet boui aut asino.

**Sciendū est septimo. ꝙ aliqua dicūtur cōtraria dupliciter. s. ꝓprie ⁊ primo. ⁊ improprie vel secūdario.** Primo aliqua dicuntur contraria que nō possunt simul ad esse eidem. licet etiā differant secundū genus sicut grauitas ⁊ mot⁹ circularis nō sunt in eodē subiecto. Alio modo dicūtur aliqua cōtraria que in aliquo cōueniunt nō tñ possunt eidē susceptibili in esse simul. cōueniūt enim contraria in aliquo. s. in genere subiecto ⁊ in eadem potestate. ideo scd̄m hec tria notificat aristotiles illa que sunt vere cōtraria dicens ꝙ illa que plurimū drn̄t eorū q̄ sunt in eodem genere cōtraria dicūtur sicut album ⁊ nigrū. similiter illa que plurimū drn̄t in eodem susceptibili sicut sanum ⁊ egrū in animali cōtraria dr̄. Iterū que plurimū in eodē susceptibili drn̄t sub eadem tñ potestate cōtenta dr̄ cōtraria vt cōgruū ⁊ incōgruum sub potestate gramatice cōtinent. Ex hijs subiūgit tertius vl̄em rōem cōtrariorū. s. q2 eorū est distantia maxima vel simpliciter vel in eodem genere vel in eadem spē simpliciter. vt in motu locali extrema sunt maxime distātia sicut pūctus oriētis ⁊ occidētis q̄ sūt extrema dyametri totius orbis in eodē genere sicut specifice drē que diuidunt genus in eadem spē sicut accidentales drē quibus drn̄t indiuidua vnius speciei. Et sic patet que dr̄ prima cōtraria. S3 secūdario cōtraria dr̄ aliqua per hoc ꝙ habent habitudinē ad ea que primo ⁊ principaliter sunt cōtria. s. vel qui habēt hui⁹ modi cōtraria in actu vel q2 sunt susceptibilia cōtrariorū vel q2 sunt actiua cōtrariorū vel passiua a cōtrarijs vel q2 sunt expulsiones vel acceptiones cōtrariorū vel etiā habitus ⁊ priuationes cōtrariorū priuatio albi opposita ē priuationi nigri sicut habitus habitui.

**Octauo sciendū est. ꝙ quinꝙ modis possunt dici aliqua diuersa spē.** Prim⁹ est quādo aliqua sunt in eodē genere ⁊ nō sunt inuicē subalterna. vt scientia ⁊ albedo sub qualitate. Secūdus modus est quādo aliqua sunt in eodem genere ⁊ diuidunt cōtra se inuicē per aliquā drām siue sint cōtraria siue no sicut bipes ⁊ quadrupes. Terti⁹ modus ē quādo aliqua in substātia sua habēt cōtrarietatē siue sint contraria. vt albū ⁊ nigrum siue nō vt homo ⁊ asin⁹ contraria enim oportet esse diuersa spē vel omnia. vel que principaliter dicūtur esse cōtraria. Quart⁹ modus est quādo aliqua sūt diuerse spēs vl̄. ic. ⁊ spāliss[i]me in aliquo genere. vt homo ⁊ equus. magis enim spē differre dr̄ q̄ solū spē drn̄t ꝙ q̄ genere ⁊ spē drn̄t. Quit⁹ mod⁹ est qndo aliq̄ accn̄ia sunt in eodē subiecto sic quātitas ⁊ albedo ⁊ tñ drn̄t ab inuicē eo ꝙ impossibile est plura accidētia vni⁹ speciei esse in eodē subiecto. Et per oppositū ad istos modos tot modis aliqua dr̄ eadē spē. Et sic patet diffinitio modorū eiusdē in secundo notabili ⁊ modorū diuersi in tertio ⁊ modorū drn̄tis in quarto. ⁊ modorum similis ⁊ dissimilis in quinto ⁊ modorū oppositi in sexto ⁊ modorū contrarij in septimo ⁊ modorū diuersorū in spē ⁊ eorundē spē in vltimo. ⁊ sic habetur distinctio omniū nominū que significāt partes vnius aut multitudinis.

**Tunc sit hec cōclusio diuisiones ꝑdictorū nominū sunt suffitientes** patet per ea que dicta sunt. Rationes ante oppositum sunt solute ex dictis. sequitur priora ⁊ posteriora.

**Queritur septimo. vtrū modi prioris ⁊ posterioris sint suffitienter in** littera positi. Arguit ꝙ nō in postpredicamentis nō ponitur nisi quinꝙ modi prioris. hic aūt. io. ergo hic aristotiles est superfluus vel ibi diminut⁹. Scd̄o sic dicit aristotiles in vno modo ꝙ scd̄m generationem totū est prius partib⁹ ⁊ scd̄m corruptionē partes sunt priores toto ⁊ tñ oppositum vr̄ verum q2 cū ordo generationis sit de

imperfecto ad pfectū ⁊ ordo corruptionis ecōtrario vt ꝙ pri in ordinē generationis. pres sunt priores toto ⁊ ordine corruptionis totū est prius ptibus. Ad oppositū est aristot. in littera.

Pro responsione est primo sciendū. ꝙ q₂ de rōe vnius est esse principium in capitulo de vno ⁊ significato prioris descēdit a significatione principij ido significatio prioris habet cōueniētiā cū vno ideo hic aristot. distinguit modos prioris ⁊ posterioris. vnde cois rō prioris est hec. Pri⁹ est qd alicui determinate principio alicui⁹ ordinis est ppinqui⁹ ꝓ determinatio talis prioris ⁊ cōsequenter .i. qd est ppinqui⁹ pōt acendi multipliciter q₂ pro principio determinari pōt id qd est principiū simpliciter ⁊ sm naturā sicut pater est principiū filij. aut qd est principiū ad aliquid puta quantum ad cognitionē aut quātū ad locū aut quātū ad perfectionē ⁊ dignitatē. aut aliquo aliomō sic etiā incidit cōtingit ꝙ aliqd in aliquo ordine habeat rōem primi a casu ⁊ a fortuna ⁊ nō a natura sicut in aliqua aggregatione hominum aut in aliquo aceruo lapidū. generaliter tñ verū est ꝙ ratio prioris sp attendit sm ppinquitatem ad principiū determinatū in ordine aliquo siue illud principiū sit primū simpliciter aut aliquo alio modo.

Secundo est sciendū. ꝙ omnis ordo prioris ⁊ posterioris potest attendi sm tria. s. vel sm quātitatē vel sm cognitionē vel sm naturā. si attendat sm quātitatem sic sm hoc possunt capi quatuor modi prioris. Primus modus est prout prius dr illud qd est ppinqui⁹ alicui principio determiato in loco. ⁊ sic si centrū mundi accipiat pro primo principio ordinis localis sic terra sm locū erit prior aliqua. Si vero concauū celi accipiatur pro pricipio erit euersus ordo. ⁊ iste modus subdiuidi potest q₂ ppinquitas ad principiū in loco quicquid sit illud potest esse dupliciter. Vno mō sm ordinē naturalē sicut aliqua propinquior est naturaliter medio mūdi ꝙ aer. s aer est propinquior naturaliter extremo. s. celo. alio modo talis ppinquitas potest esse a casu vel fortuna. aut etiā ab alia cā ꝙ a natura vt a voluntate alicui⁹ ordinātis aliqua in aliquo loco sicut i lapidib⁹ suppositis sibi inuicē in aceruo ꝙ vn⁹ sit supra aliū hoc pōt esse vl a casu vel a voluntate alicui⁹ sic ordināntis. ⁊ si prim⁹ vno ordine dicatur prior alio ordine infim⁹ dicet prior sm principium in tali suppositione diuersimode potest variari ⁊ iste modus sumitur sm quātitatē permanentem. Scdus modus est quo aliquid dr pri⁹ sm temp⁹. ⁊ iste mod⁹ sic diuidit q₂ hoc potest attendi vel in pterito vel in futuro Si in pterito illud dr prius qd est remotius a pñti nūc. si in futuro illud est prius qd est propinqui⁹ pñti nūc qd quidē presens nūc accipit vt primū principiū in tēpore. Tertius mod⁹ est quo aliquid dr prius altero in motu ⁊ hoc modo dr prius ꝙ est primo mouēti ppinquius. ⁊ iste modus subdiuidit sm ꝙ talis motus potest esse naturalis. hoc mō puer diceretur prior viro q₂ propinquior est generāti. vel talis motus est volūtarius ⁊ in tali motu ꝑuoluntas .i. propositū principis diceret principiū. nā sm volūtatē principis subditi mouētur ⁊ sic habz rationē principij ⁊ hijs duob⁹ modis accipiūtur modi prioris sm quātitatem successiuā. Quarto mō dr aliquid pri⁹ altero sm ordinē qui reperitur in aliquibus discretis ⁊ hoc mō ille qui esset ppinquior principij in potestate vel ordine situationis. vt puta parastata diceret prior illo qui esset in tertio ordine qui dr tripostata. vnde in cordis citare illa que est in medio propinquior diceret prior. in cordis enim citare nō debz determinari pro principio extrema corda. s. grauissima vl acuta. s media q₂ est mensura cōsonationis aliaꝝ. ⁊ sic quatuor modis sumitur pri⁹ secundum quantitatem.

Tertio est sciendū. ꝙ tribus modis sumit pri⁹ sm ordinē cognitionis Prim⁹ est quo illud dr prius altero qd ē primo a nobis cognitū vt in cognitione intellectiua vl e pri⁹ est singulari. in sensitiua vero euersus est ordo q₂ sensus est per se

singularium ⁊ intellectus est per se vniuersalium. quod autem est per se prius est illo quod est per accidens. Secundo modo aliquid dicitur prius altero vt partes diffinitionis toto diffinito ⁊ generaliter simplicia composito ⁊ hoc secundum ordinem rationis in quo simplicia priora sunt compositis. in sensu autem est econuerso. quia sensui primo composita offeruntur. Tertius modus est quo passio prioris subiecti dicere prior passione posterioris vt puta linea superficiei. vt rectitudo leuitati. ⁊ isti tres modi conueniunt in hoc quod in quolibet eorum attenditur ordo prioris ⁊ posterioris secundum ordinem cognitionis.

**Quarto est sciendum** quod tres sunt modi prioris ⁊ posterioris secundum naturam. Primus est quo illud dicitur prius altero ordine nature quod potest esse sine aliis ⁊ alia non possunt esse sine ipso ⁊ istud dicitur prius a quo non conuertitur subsistendi consequentia. hoc modo priores visus est platoni ponendo ydeas priores singularibus. hoc modo etiam substantia precedit accidens. Secundus modus est quo potentia dicitur prior actu vt medietas toto. ⁊ quelibet pars prior est toto ⁊ materia forma. Tertio modo dicitur aliquid prius secundum ordinem actualitatis ⁊ perfectionis sicut totum prius est partibus ⁊ forma materia. ⁊ sic tribus modis dicitur prius vel posterius ordine nature. vnde omnium istorum modorum potest dari sufficientia. quia omne quod est prius alio. vel est prius secundum quantitatem. vel secundum cognitionem. vel secundum naturam. si secundum quantitatem vel est secundum continuam vel discretam. si secundum continuam vel permanentem ⁊ sic est primus modus. vel successiuam ⁊ hoc dupliciter vel talis quantitas est tempus. ⁊ sic est secundus modus. vel motus qui dicitur quantus ⁊ continuus per accidens ⁊ sic est tertius modus. si secundum quantitatem discretam sic est quartus. si secundum cognitionem hoc est dupliciter vel attenditur ille ordo comparando cognitionem vniuersalis ad singulare ⁊ sic est quintus modus vel partes diffinitionis ad diffinitum ⁊ simplex ad compositum ⁊ sic est sextus modus vel comparando accidens ad accidens ⁊ sic est septimus. si secundum naturam vel est dependentia prioris ad posterius ⁊ sic est octauus modus vel attenditur secundum comparationem potentie ad actum vel econtra. ⁊ sic sunt duo vltimi modi. ⁊ sic sunt. 10. modi prioris qui conueniunt in generali ratione prioris qua dicitur prius quod est alicui determinato principio propinquius.

**Tunc sit hec conclusio** modi priorum ⁊ posteriorum sunt sufficienter positi. patet per sufficientiam positam prius.

**Ad rationes** ad primam dicitur quod in postpredicamentis agitur de priori ⁊ posteriori prout modi eorum valent ad cognitionem predicamentorum. ideo aristoteles ibi non ponit nisi illos quinque modos qui sue intentioni sufficiunt. hic autem generaliter accipiuntur prius ⁊ posterius prout sequitur vnum quod conuertitur cum ente ideo omnes modi eorum hic assignantur. Ad secundam dicitur quod generatio ⁊ corruptio possunt vno modo accipi vt dicunt mutationes. alio modo vt dicunt terminos mutationum. si vt dicunt mutationes sic bene procedit obiectio quia quando totum adhuc est in fieri vel in generari totum non est nisi in potentia ⁊ partes sunt in actu. sed quando totum est incorrumpi totum est in actu ⁊ partes solum in potentia. ⁊ per dissolutionem totius fiunt in actu. si vero dicant terminos mutationum econuersus est ordo. nam quando totum est in esse genito totum est in actu ⁊ partes in potentia. quando vero totum est corruptum partes bene sunt actu ⁊ totum solum in potentia ⁊ hoc modo capit aristoteles generationem ⁊ corruptionem vt dicunt genitum esse ⁊ corruptum esse seu terminos mutationis sequitur in textu. Potestas dicitur.

**Queritur octauo** vtrum diuisiones potestatis ⁊ quanti sint sufficienter posite. Arguitur quod non quia aristoteles non diuidit hoc nomen actus. ergo non debet diuidere hoc nomen potentia. Secundo aristoteles non ponit orationem inter species quantitatis discrete neque locum inter species quantitatis continue ⁊ tamen illa enumerantur inter species quantitatis in predicamentis. similiter in predicamentis ponitur tempus inter species quantitatis continue ⁊ ibi ponitur quantitas per se quia genus per se predicatur de suis speciebus hic autem ponit tempus inter modos

quāti per accidēs. similiter hic ponit mo
dus quāti per accidēs ⁊ nō in p̄dicamē/
tis similiter in p̄dicamētis nō ponit mo
tū hic aūt ponit. hic etiā ponit multa esse
q̄nta que nō ponit in p̄dicamētis vt mul
tum paucū breue longū latū strictū ⁊ p
fundū. ergo diuisio modoꝝ quanti est in
sufficiens aut aristotil. in p̄dicamētis est
diminutus. Ad oppositu est p̄bus in lit
tera. primo videbit̄ de modo potētie seu
potestatis. ⁊ secundo de modis quanti.

**Quātum ad primū sciendū**
est primo. ꝙ postq̄ p̄bus distinguit no/
mina signi ficātia ptes vni⁹. hic cōseque̅/
ter incipit distinguere nōia significātia p/
tes entis. ⁊ primo fm ꝙ ens diuidit̄ per
actū ⁊ potentiā. Scđo prout diuiditur
ens in decē p̄dicamenta. ⁊ q2 significatio
bu⁹ nois act⁹ sufficient̄ explicari nō po/
terat nisi prius natura formaꝝ notificare
tur qđ fit in septimo ⁊ octauo hui⁹ ⁊ etiā
in nono determinātur simul de potētia
⁊ actu ideo p̄bus distinguit hoc nomen
potētia vel potestas ꝓnūc p̄termittendo
nomē actus. ⁊ per hoc soluitur prima ra
tio ante oppositum:

**Sciendum est secūdo ꝙ ab**
aristotile ponūtur quattuor modi pote/
statis. Primomō dr̄ potestas princi/
piū trāsmutandi alterū. aut inquantū al
terū ⁊ sic dr̄ potētia actiua. ⁊ dr̄ inquan/
tum alterū q2 si aliquid se ipm transmu/
tat tū fm aliud ⁊ aliud principiū sibi cō
uenit trāsmutare ⁊ trāsmutari. ideo om/
ne mouēs se ipm diuidit̄ in partē per se
motā ⁊ partē per se mouentē. Secun
domō dr̄ potētia principiū transmutādi
ab altero. aut inquantū ab altero ⁊ hoc
dicitur potentia passiua.

**Ubi est aduertendū ꝙ pos**/
se pati ab alio dr̄ dupliciter. Unomodo
aliquid dr̄ pati ab alio quicqđ sit illud
siue sit bonū siue malū ⁊ qđ potest sic ab
alio pati dicim⁹ possibile ad id faciendū
Aliomō dr̄ aliquid ab alio pati q2 potest
pati malū ab alio ⁊ illud magis debet
attribui impotētie q̄ potētie. s. posse pa
ti ab alio aliquē defectū. similiter passio

cōuenit ⁊ proprie dr̄. cōiter pati dr̄ quod
recipit ab alio aliq̄ perfectionē ꝓprie au
tem pati dr̄ qđ recipit aliquid trāsmutās
ipm a sua naturali dispositione vt aqua
cū calefit ꝓprie dr̄ pati. Tertiomodo
dr̄ potentia seu potestas principiū patiē/
di nō quocūq2 modo. s̄ bene vt qui am
bulat vel loquit̄. s̄ non bene aut vt vult
dicit se non posse ambulare aut loqui. si
militer dicerētur ligna cōbustibilia quia
faciliter cōburūtur ⁊ aliqua incōbustibi/
lia q2 nō bene possint cōburi. Quarto
modo dr̄ potētia habit⁹ forma vel dispo
sitio per quā habēs ipm est omnino im/
passibile aut saltē nō potest faciliter pati
aut corrūpi. ⁊ fm istos quattuor modos
potētie ponūtur quattuor modi potētis
in textu. ⁊ p̄dictoꝝ modoꝝ sic habet̄ suffi
tientia. Q2 ois potētia vel est actiua ⁊ sic
est prim⁹ modus, vel passiua. ⁊ sic ē secū
dus vel est potentia ad bene agendū seu
bene patiendū ⁊ sic est terti⁹ modus vel
ad bene resistendū nociuis ⁊ cōtrarijs et
sic est quart⁹. ⁊ tot modis ex opposito di
citur impotentia.

**Ubi est tertio sciendū ꝙ im**
potentia est priuatio potētie. ⁊ ad ratio/
nem priuationis duo requirūtur. Pri
mū est remotio habit⁹ oppositi id autē
qđ opponit̄ potētie est impotētia. ideo cū
potētia fm quēlibet modū sit quodam
principium impotētia erit sublatio talis
principij qđ est potentia. ⁊ sic possunt ca
pi modi impotentie fm remotionē mo
doꝝ principij fm quos principiū dr̄ po/
tentia; Scđm est ꝙ priuatio requirit d
terminatū subiectū. aut determinatū tē/
pus si sit proprie dicta. improprie vero di/
citur priuatio sine determinatione subiec
ti ⁊ tēporis. vnde impotētia dr̄ vnomō
improprie. vt ois remotio potentie impo/
tentia dr̄ siue subiectū sit natū habere il/
lam potentiā pro illo tēpore siue nō. alio
modo ⁊ ꝓprio dr̄ impotētia remotio hu
iusmodi principij a determinato subiec
to cū alijs circūstantijs requisitis ad ra/
tionem priuationis proprie dicte. nō enī
dicerēt̄ impotēs generare puer. ⁊ mulus
aut vir eunuchus. ⁊ hiis modis potētie

7 impotentie 7c. Ide est distinguere sm il
los modos acceptionis possibilis 7 im
possibilis. 7 inter oia ista primu significa
tu potestans 7 principale est cu potentia
dicit potentia actiua. qz ois potentia pas
siua ordine habet ad aliqua actiuam.

Ubi est quarto sciendu secu
du3 tertiu. q aliquid bene dr possibile vel
impossibile. no pper potentia vel impo
tentia rei proprie loquedo. que quidem
potentia rei dicat actiua aut passiua. s p
pter veritate 7 falsitate. copois 7 diuisio
nis in ppositionib9. ita cu ens dicat non
solu qd est in re3 natura. s etia sm copo
sitione propois prout est in ea verum vl
falsum ita possibile 7 impossibile non so
lum reperiunr in rebus. s etia reperiun
tur in propositionib9 7 sm hoc. vnomo
dr possibile qd est falsum s no ex necessi
tate. aliomo dr possibile qd est verum s
no de necessitate. Tertiomo dr possibi
le qd licet nondu sit veru tn cotingit ip3
sm propoitione esse veru3. s impossibile
dr cui9 contrariu ex necessitate est verum
vt dyametrum esse dymetrali. 7 iteru3
in mathematicis nomie potentie vel pos
sibile methaphisice reperiatur sicut linea
in geometria diceret esse in potentia qua
drati linee. na sicut in naturalib9 ex eo q
est in potetia fit illud q est in actu ita ex
ductu alterius linee in se ipam resultat q
dratu. hoc modo etia trinarius dr in po
tentia ad nouenariu qz cosurgit ex ductu
trinarij in se ipm. 7 qa de possibili 7 im
possibili. satis dictum est in primo celi 7
mudi 7 in libro pyarmenias ideo de ipis
no apl9 determinat plus. 7 hec de pmo.

Quantu ad secundu est scie
dum. q inter noia significatiua ptes entis
aristotil. primo distinguit hoc nomie qn
tum qz inter accidentia quatitas est pri
mu genus. modi aut substantie prius enu
merati sunt. postea distinguit quale ad ali
quid 7c. ptermittit tn aliqua pdicamen
ta qz determinata sunt ad aliud gen9 na
turaliu re3 vt patet de agere 7 pati 7 qn.

Secundo est sciendu. q qua
tum sic diffinit in textu quatum est qd est
diuisibile in ea que insunt quo3 vtrumq
aut singulariu ho3 natu3 est esse aliquid
vnu 7 hoc aliquid. prima pars ponit ad
dram diuisionu3 mixtionis in quatuor
elementa que sunt in mixto no actu s v
tute tn no est etia ibi tm diuisio quanti
tatis. s oportet q sit aliqua alteratio per
qua mixtu resoluat in elementa. Scda
pars diffinitionis ponit ad remouendu
diuisione copositi in ptes essentiales que
sunt materia 7 forma qz nulla illa3 nata
est per se esse aliquid vnu sine hoc aliqd.
7 ita ipsi quato per se primo couenit esse
diuisibile in ptes eiusde rois. inde venit
q quatitas ponit principiu indiuiduati
onis. inde venit etia q est aliqua scientia
spalis de quatitate vt de subiecto qd non
est de alijs generibus accidentiu. ideo in
hoc capitulo dicit plus q est aliqua qn
titas que est vt subiectu vt linea supficies
7 sic d alijs. 7 alia que est vt passio vt dre
ue longu 7 sic de alijs. s qualitas sicut al
bedo non est per se diuisibilis in ptes ei
usdem rois. ideo no potest esse principi
um indiuiduationis. nec potest indiui
duari nisi per subiectu solu. 7 ideo no po
test a subiecto separari sicut quantitas.

Tertio est sciendu. q in textu
primo diuidit quantu siue quantitas in
multitudine numerabile 7 magnitudine
mensurabile. multitudo numerabilis di
citur multitudo finita que est diuisibilis
in ptes no cotinuas que dr numerus. s
magnitudo mesurablis dr magnitudo
finita que diuisibilis est in ptes cotinuas
7 hoc sm vna dimensione solu 7 sic est li
nea vel sm duas dimensiones 7 sic e su
perficies vel sm tres 7 sic est corp9. 7 dic
tu est notanter multitudo numerabilis
7 magnitudo mesurabilis. qz si esset nu
merus infinit9 no esset numerabilis neq3
quatitas 7 si esset infinita magnitudo no
esse mesurabilis. Scdomo diuiditur
quantu per quantu sm se. 7 quantu sm
accidens. 7 quantu sm se subdiuidit. qa
quodam est quantu sm se quoda est se
cundu substantia quantitatis q in ratio
ne essentiali eius ponit quantitas, 7 est vt
subiectu vt linea supficies 7 alie ptes sub

tertie quantitatis. aliud est quantum
secundum se non in primo modo per se
sic quod in essentia eius includat quantita
tem sed est quantum in secundo modo
per se vt sunt habitus et passiones quan//
ti secundum substantiam. vt multum
et paucum sunt passiones numeri. bre//
ue et longum linee. latum et strictum su//
perficiei. profundum et humile corporis.
Etiam passiones priorum dicuntur sem
per passiones posteriorum vt passioes
linee respectu superficiei et corporis. etiam
graue et leue dicerentur passiones corpo
ris secundum oppinionem recitatam quarto celi.
et secundum hoc in presenti textu ponuntur.

Ulterius est sciendum quod
quantum secundum accidens subdiui
ditur secundum quod per accidens dupliciter capi po
test. vno modo capitur accidens secun
dum se. vt idem est quod extrinsecum. alio mo//
do capitur vt idem est quod per alterum seu per
posterius. vt sortes diceretur risibilis per
accidens seu per alterum. similiter quan//
tum per accidens subdiuiditur per quan//
tum pure per accidens vt album et mu
sicum dicerentur quanta per accidens
et adhuc musicum magis quam album
quia immediatum subiectum albi est quan
tum. sed non immediatum subiectum mu//
sici quod est anima. et quantum per ac//
cidens id est per alterum. vt motus et tem//
pus. dicuntur quanta per accidens id
est per posterius. motus enim quantita
tem habet a spatio supra quod fit motus
et tempus habet quantitatem a motu et
ita dicendum est de continuitate eorum
nam motus habet continuitatem a spatio
et tempus a motu cuius est mensura.

Ulterius est sciendum quod a
liter hic consideratur quantum et in pre
dicamentis. nam in predicamentis con//
sideratur quantum sub ratione mensure
et vt denominat primam substantiam.
et ideo quamuis locus non habeat aliud
esse realiter a superficie corporis contine
tis quia tamen habet aliam rationem
mensure in ordine ad locatum ab ipsa
superficie. ideo ponitur species a superfi

cie distincta. similiter quamuis oratio non
habeat alium modum diuersitatis a nu
mero habet tamen aliam rationem men
sure quia est mensura continuorum successi
uorum. quia numerus est mensura permana//
nentium. ideo ponitur oratio species a//
numero distincta. similiter tempori secundum
naturam propriam et per se conuenit ra//
tio mensure. et a priori simpliciter. motui
vero non conuenit nisi in ordine ad nos
ideo tempus ponitur species et non motus.
Attamen quia ratio mensure quodam mo
do extrinsice conuenit tempori et etiam lo
co. ideo aristoteles eas enumerando in pre//
dicamentis quadam disiunctione vtitur di//
cendo preter has autem locus et tempus. etiam
in predicamentis consideratur quantitas
secundum quantitatis naturam et secundum coordina
tionem essentialem predicabilis et subicibilis.
ideo ibi pretermittuntur quantitates per ac
cidens et etiam passiones quantitatis nisi
forte ponantur alique proprietates logyce.
et in primo passu aristoteles considerat quan
titatem secundum suum esse et potissime quan//
tum ad illam passionem que est esse di//
uisibile. et quia loco non conuenit alia ra
tio diuisibilis a superficie. ideo hic con//
tra superficiem non distinguitur. et similiter
ter est de oratione respectu numeri et si//
militer quia motui conuenit continui//
tas et consequenter diuisibilitas per spa
tium inquo fit motus et tempori per mo//
tum. ideo motus et tempus diuisibilia
sunt per alterum et per posterius quare
enumerantur inter species quantitatis
per accidens.

Ultimo est sciendum quod mo
dorum quanti sic habetur sufficientia. quia
omne quantum vel est quantum secundum se
vel secundum accidens. si primum est dupliciter
vel est quantum essentialiter vel vt passio
consequens quantitatem. si quantum essen//
tialiter hoc est dupliciter vel est diuisibi//
le in partes non continuas et sic est nume//
rus vel in continuas et hoc vel secundum
vnam dimensionem tantum et sic est li
nea vel secundum duas et sic est super//
ficies vel secundum tres et sic est corpus.

Si sit quantum fm se vt passio sequẽs quantitatem tunc similiter multipliciter sicut quantum secundũm substantiam quia vel est passio numeri vt multum 7 paucum vel linee vt longũ et breue 7 sic de alijs. si sit quantum secundũ accidens hoc est dupliciter vel accidẽs idem est ꝙ extrinsicum 7 sic albũ 7 musicum dicerentur quanta secundum accidens vel idem ꝙ per alterũ 7 sic sunt tempus 7 motus.

Tunc sit hec conclusio diuisionis predicte potestatis 7 quanti sunt sufficientes. cõclusio patet ex dictis 7 etiam solutio rationis ante oppositum. sequitur textus. Quale dicit vnomodo.

Queritur nono· vtruz modi qualis siue qualitatis sint sufficienter assignati. Arguitur ꝙ non quia secundum primuz modum in littera positum differentia de predicamento substantie diceretur qualitas 7 tamen non ponitur in predicamento qualitatis igitur 7 cetera. secundo sic inter modos qualitatis nõ ponitur hic naturalis potentia vel impotentia que tamen ponitur ĩ predicamentis. ergo illi modi nõ sufficienter ponuntur. Ad oppositum est philosophus in littera.

Pro responsione est primo sciendũ. ꝙ postꝗ egit philosophus de diuisione 7 modum quanti consequenter agit de modis qualitatis ponens quattuor modus qualis in textu. Primus modus est secundum quem dicitur qualitas differentia. substantias id est differentia per quam aliquid differt ab alio substantialiter que intrat diffinitionem substantie rei. ob hoc talis differentia predicaẽ in quale quid. hunc autẽ modum pretermisit philosophus in p̃dicamentis quia nõ continentur sub p̃dicamento qualitatis vt distinguũtur ab alijs p̃dicamentis. nam vt dictum est talis drã p̃dicaẽ in quale quid 7 nõ in quale accidentaliter. hic autẽ agit de significationib⁹ huius nois quale. vñ hic dicit omne illud esse qualitatẽ quod significat per modũ forme informãtis alterũ 7 distinguentis ipm ab alio siue essentialiter siue accidentaliter siue sit qualitas fm rem 7 modũ. siue fm modũ tantum. 7 per hoc soluiẽ prima ratio ad oppositũ. Scdũs modus qualitatis est quo qualitatis dñr ea per que entia immobilia. s. mathema. drñt ab inuicem. ita vt quicquid in eis est potest eoꝝ substantiã que quãtitatis est dicaẽ qualitas. sicut dicim⁹ quasdã magnitudines esse triãgulares. 7 dicimus ꝙ numeroꝝ quidẽ sunt primi qui sola vnitate adequate mensuranẽ quidẽ sunt cõpositi ꝗ aliquo numero mensurari possunt. dicimus etiaz ꝙ quidem numeri sunt lineares quia ad moduz linee vnã habent dimensionem. quidem sunt etiam superficiales vt numerus causatus ex ductu vni⁹ numeri in se ipm bis. aut in alio semel. 7 hij numeri vocantur in textu quotiens quãti. vt dicendo ter tria aut bis tria. Alij dicuntur solidi qui scilicet causantur ex ductu vnius numeri in se ipm vel in alterũ bis. vt dicendo bis duo. bis. bis tria. bis vel bis tria. qualiter 7 hij numeri in textu vocantur quotiens quanti.

Ubi est aduertenduz· ꝙ in hac coordinatiõe numeroꝝ. aliqd cõsideratur per modum substantie. aliqd vero p modũ qualitatis. vnde id quod existit in substantia numeri preter ipam quantitatẽ que est numeri substantia dicitur qualitas eius. vt cum dicaẽ aduerbialiter bis vł ter hoc dicitur ad modũ qualitatis. 7 id cui additur ad modum substãtie. vt dicendo ter duo duo se habet ad modum substantie. 7 ter ad modum qualitatis.

Unde in istis numeris vt dicit textus/ id quod dicitur semel se habet vt sub/stantia. sed ductus numeri se habet per modum qualitatis eius quia per huiusmodi ductum accipit denominationē alicuius figure. ideo dicit textus ꝙ bis tria aut ter duo non sunt sex. sed semel sex sunt sex. hic autem modus qualita/tis est q̄rta species posita in predicamē/tis que ꝓprie ⁊ primo reperitur in mag/nitudibus per quandam methapho/ram in numeris. Tertius modus qua/litatis est secunduȝ quem qualitates di/cuntur passiones substantiaꝝ mobiliuȝ scilicet secundum quas corpora alterā/tur. vt caliditas frigiditas ⁊ similia. Et hic modus pertinet ad tertiam speciē qualitatis. Quartus modus est secun/dum queȝ dicitur qualitas virtus aut viciuȝ ⁊ generaliter omnis habitus aut dispositio ad bene vel male agendum ⁊ hec est prima species qualitatis posita in predicamentis.

**Ulterius sciendum est ꝙ** istos modos qualitatis reducit aristo/til. ad duos scilicet secunduȝ ad primū eo ꝙ per formas ⁊ figuras ad se inuicē differūt entia mathematica que sepe vo/cat aristotil. substantias vel propter op/pinionem mathematicam. que mathe/matica posuit esse principia substātialia rerum ⁊ posuit ea separata secundū esse a singularib⁹ sensibilib⁹ ⁊ sic habere ra/tionem substantie que est per se esse vel secundum veritatem. quia quantitas inter cetera accn̄ia magis accedit ad ra/tionem substantie vt sepe dictum est. Quartum modum reducit ad tertium Nam quemadmodū alterationes cor/poris sensibilium distinguuntur secun/dum passiones ⁊ passibilis qualitates vt calefieri ⁊ infrigidari secundum cali/dum ⁊ frigidum. ita secundum virtutē ⁊ vicium distinguūtur motus ⁊ actus humani secundum bene ⁊ male. Nam virtus est secundum quam aliquis be/ne agit ⁊ patitur. vitium vero secundū quod male agit ⁊ adhuc secundum di/uersas species virtutum distinguuntur species actus virtuosi. ⁊ adhuc omnes isti tres modi possunt reduci ad primū quia generaliter loquendo nihil accipit nomen qualitatis quin habeat rati/onem differentie. ve forme ⁊ figure sunt differentie mathematicorum. passiones ⁊ passibiles qualitates sunt differētie al/terationuȝ. virtutis autem ⁊ vicia sunt differentie actionum ⁊ passionum hu/manarum. nam vt habet textus bonū et malum maxime attribuuntur actio/nibus ⁊ passionibus animatoruȝ ⁊ ad/huc per maxime actionibus humanis sunt vt habet textus in habentibus elec/tionem quia bonum habet rationem fi/nis. modo tendentia in fineȝ que est cū cognitione finis perfectior est illa que ē sine cognitione finis. ⁊ adhuc inter cog/noscentia finem illa que habent liberta/tem in statuendo sibi finem ⁊ ordinan/do de medijs ad fineȝ ⁊ qui cognoscūt finem vniuersalem maxime dicuntur tē/dere in finem vt sunt homines. Sȝ bru/ta licet habeant aliquam cognitionem de fine ⁊ medijs magis tamen habent finem determinatum ⁊ etiam media ex instinctu naturali quam sibi ipsis fineȝ statuant propter quod magis dicūtur mota ⁊ acta seu ducta in finem quam se ipsa dicantur agere ⁊ se ducere in fi/nem. ⁊ sic ratio bonitatis ⁊ malitie ma/gis proprie reperitur in actionibus hu/manis quam in alijs. Ex quibus patet ꝙ principalissimus modus qualitatis est primus modus.

**Sit igitur hec cōclusio mo**di qualitatis sunt in textu sufficienter po/siti. patet conclusio ex dictis. ⁊ faciliter ꝓ/baretur per suffitientiam predictorum modorum.

**Ad rationes. ad primā pa**tuit solutio. Ad secundam dicitur ꝙ in hoc passu aristotil. pretermittit secūdaȝ spēm qualitatis positā in predicamētis

quia secundum modū essendi magis continetur ⁊ comprehenditur sub tertio modo potestatis seu potentie sed propter specialem modū denominandi subiectum ponitur in predicamentis inter species qualitatis. sequitur textus. Ad aliquid dicuntur.

**Queritur decimo. vtrū modi ad aliquid sint sufficienter ab aristotile positi.** Arguitur ꝙ non quia ipse non enumerat relativa fundata in substantia sicut est ydemptitas neque in qualitate nec in quattuor veteris predicamentis ergo ⁊ cetera. Secundo sic intelligibile refertur ad intellectum secundum tertium modum. vt habet philosophus ⁊ tamen cū intelligibile sit motiuum intellectus videtur ꝙ relatio intellectus ad intellectum ⁊ econtra possit comprehendi sub secundo modo et sic nō differret secundus modus a tertio. Ad oppositum est phus in littera.

**Pro responsione sciendū** est primo. ꝙ ad aliquid primo diuiditur in ad aliquid secundū se. ⁊ in ad aliquid sm aliud siue secundum accidēs Primum modum subdiuidit philosophus in tres modos. Primus mod⁹ est relatiuoꝝ fundatoꝝ in numero vel vnitate vt duplum dimidiū, idem. equale ⁊ cetera. Secundus modus est relatiuoꝝ fundatoꝝ super actione ⁊ passione vt calefactiuū ⁊ calefactibile. Terti⁹ modus est relatiuoꝝ fundatoꝝ in habitudine mensurati ad mensuram vt relatio scientie ad scibile.

**Circa primū modū ⁊ subdiuisionem** eius est sciendū secundo. ꝙ omnis mensuratio que est in quantitatibus cōtinuis deriuatur a numero. ideo relationes que sunt sm quantitates cōtinuas etiam numero attribuuntur quare omnis relatio sm quantitatem pōt dici relatio sm numerū aut vnitatem Si est sm vnitatē vl sm vnitatē substātie ⁊ sic dicit ydēptitas vel sm vnitatē quātitatis. ⁊ sic dicit equalitatis vl secūdum vnitatem qualitatis ⁊ sic dicitur similitudo. si vero sit relatio sm numerum tunc diuiditur quia vel est relatio equalitatis vel inequalitatis. Si primū ibi non cadit subdiuisio qr equale vno modo dicitur. si secundum tunc oportet ibi habere duos modos relatiuorū vnum quod dicitur excedens cōtinēs aut maius ⁊ aliud excessum contentū vel minus. ⁊ tunc talis relatio. vel consistit in habitudine que est numeri ad vnum vt diceretur triplum aut duplum Triplum enī dicit habitudinem ad tertiam partem eius que est vnitas. Et duplum dicit habitudinem ad dimidium eius quod est vnitas vel consistit in habitudine que est numeri ad numerū vt diceretur de proportione emiolia. et hoc contingit multipliciter secundū ꝙ maius continet minus ⁊ cum hoc continet aliquid quod est minus medio totius vel continet minus ⁊ dimidiū totius vel continet minus ⁊ aliquid vltra medium totius. sic tamen ꝙ nō cōtineat plures totum vel ꝙ maius contineat plures totum ⁊ tunc diuiditur sm ꝙ bis potest continere totū vel. ter. vel quater. ⁊ sic ascendendo ⁊ secundū hoc variantur habitudines maioris ad minus. ⁊ iterum si talis relatio inequalitatis consistat in habitudine numeri ad vnum aut numeri ad numerū adhuc contingit dupliciter quia vel per tale relatiuum importatur habitudo numeri ad vnitatem vel numerum vt diceretur triplum duplum ⁊ cetera. vel habitudo numeri in determinati. vt cum dicitur multiplex submultiplex ⁊ sic de alijs et secundum diuersas species proportionum maioris ad minus ⁊ econtra huiusmodi relatiā secundum speciem diuersificantur ⁊ de istis vlterior prosecutio habetur in libello dē proportionib⁹ ⁊ etiā in commento sancti thome super hoc passu.

Tertio est sciendum. ꝙ circa secundum modum relatiuorum ponit philosophus ꝙ quedā sunt relatiua fundata in posse agere vel pati. vt calefactiuum ⁊ calefactibile. Quedam in agere ⁊ pati vt calefaciens et quod tale fit. quedam vero super egisse ⁊ passum fuisse. vt pater ⁊ fili⁹. ⁊ sic vt habꝫ textus hec sunt relatiua secundum diuersas temporis. dr̄as qꝛ prima importat habitudinem futuri. alia pn̄tis. ⁊ alia preteriti.

Circa tertiūꝫ modū relatiuorum est sciendū. ꝙ in eo nō debet attendi mensuratio ſm quātitatem quia tunc nō differret a primo modo. ſꝫ debet attendi quantum ad esse ⁊ rei veritatem sic ꝙ illud a quo aliud dependet ſm esse dicitur eius mensura vt scibile dicitur mensura scientie. ob hoc in isto tertio modo vt dicit textus non est mutua relatio. nam de mensura nō reflectitur ad mensuratum nisi qꝛ mensuratum ab ipa mensura dependet ſm esse ⁊ veritatem. ſꝫ mensuratū ad mensuram realiter ⁊ ſm esse dependꝫ ⁊ sic mēsura vt hic capitur nō refertur ad mensuratum nisi pro quanto mensuratū ad ipam refertur ſm veritatem ⁊ esse. sed duobus primis modis relatiuorum est mutua relatio. vnde circa exempla hui⁹ tertij modi notat textus ꝙ scientia nō refertur ad scientem nec intellectus ad intelligentem aut visus ad videntem. sed refertur scientia ad scibile ⁊ intellectus ad intelligibile ⁊ visus ad visibile qꝛ sic idē bis relatiue diceretur. ⁊ cum relatiui esse sit ad aliud se habere sequeretur ꝙ idem haberet duplex esse. ſꝫ bene verum est ꝙ scientia ad scientem bene habet habitudinem que est accidentis ad subiectum ⁊ nō habitudinem relatiui ad correlatiuum. relatio enim dicit habitudinem subiecti in quo est ad aliquid intrinsicum et nō dicit habitudinem ad subiectum nisi inquantuꝫ est accidens ⁊ sic patet de modis relatiuoꝝ ſm se. cōsequenter ponit aristotil. tres modos relatiuoꝝ scd̄m accidens. Primus est cū aliquid refertur ad aliud nō scd̄m se sed scd̄m suum genus. vt medicina non dicitur sani ⁊ egri medicina sed sani ⁊ egri sciētia ⁊ hoc cōtingit in hijs in quibus gen⁹ est relatiuuꝫ scd̄m dici. Scd̄us modus est cum dicim⁹ abstracta esse ad aliquid. eo ꝙ concreta eorum ad aliquid dicuntur vt similitudo quia simile. Tertius modus ē cum dicimus subiectum relationis ac etiam fundamētū immediatū eius esse ad aliquid. vt diceremus hominem ad aliquid quia est subiectum paternitatis.

Tunc sit hec conclusio tres modi ad aliquid scd̄m se dicti sunt sufficienter positi. probatur quia omnis relatō que est in rebus consistit in quodam ordine vnius ad alterum. sed vna res ordinatur ad aliam. vel scd̄m esse prout in esse dependet ab alia. ⁊ sic est tertius mod⁹ vel scd̄m virtutem actiuam ⁊ passiuam. scd̄m ꝙ vna res ab alia recipit vel infert alteri aliquid. ⁊ sic est scd̄us. vel scd̄m ꝙ quantitas vnius rei potest mensurari per aliam ⁊ sic est primus modus. qualitas aūt in quantum huiusmodi non respicit nisi subiectum in quo est. ideo per ipsam vna res nō ordinatur ad aliā nisi ꝙ vna qualitas accipit rationem potentie actiue vel passiue prout est principium actionis vel passiōis vel rōeꝫ q̄titatis aut alicuius ad quantitatem pertinentis sicut dicitur aliquid albius alio. ⁊ sic dicitur simile quod habet vnam qualitatem cuꝫ alio. Alia vero quattuor vltima generalissima consequuntur relationem quam possint causare ipam vt quando cōsistit in quadaꝫ relatione rei ad tempus. vbi vero ad locum. positio aūt ordinem partium importat. ⁊ habitus relationem habentis ad habitum. similiter in substantia non potest immediate fundari relatō eo ꝙ substantia cum sit ens per se est ens absolutum quare obiectio de ydemptitate non valet quia ydemptitas non est relatio realis sed rationis tantuꝫ. ⁊ adhuc non est fundata in substātia nisi pro quāto ibi accipitur aliquis mod⁹ quātitatis

scz vnitatis que est principium numeri. Nã ydemptitas mensura substantie fundatur ꝛ ꝑ hoc soluitur prima rõ ante oppositum. Ad scdam dr ꝙ si cõsideref intelligibile prout est motiuum intellectiue potentie aliquomõ potest cõprehendi sub scdo modo. ſꝫ si consideref scdz ꝙ ab ipso dependet intellectus .i. apã cõparatio vel habit⁹ potentie intellectiue scdm suum esse ꝛ veritatẽ sic pertinet ad tertiuz modũ. sequitur text⁹. Perfectũ vero dr.

## Queritur vndecimo. vtrum

modi perfecti sufficienter ponãtur in textu. Arguit ꝙ nõ quia scdus modus ibi ampliat ad malitias. ſꝫ nihil debet dici perfectũ in malitia ſꝫ magis imperfectum ꝛ deficiens. ergo scdus modus male ponitur. Scdo sic aristo. nullã facit mentionem de defectione rei ſm substantiã, ꝛ tñ in substantialib⁹ magis consistit perfectio rei vt videtur ergo ꝛc. Ad oppositum est philosophus in littera.

## Pro responsione sciendum

est primo. ꝙ postq̃ determinauit aristo. nomĩa significantia causalitatem. ꝛ cõsequenter distinxit nomina significantia subiecta ꝛ ptes subiectoꝝ huius scientie. postremo distinguit nomina significantia passiones subiectoꝝ inter que primo distinguit noĩa significãtia illa que pertinent ad entis perfectionẽ. ꝛ primo distinguit illa nomina que explicite perfectiones ꝛ cõditiones perfecti designãt cuiusmodi sunt ista. perfectum, terminus. ſm qd. ſm se. dispositio. habit⁹. passio. ꝛ habere. ꝛ quia priuatio opponitur habitui etiam inter hec nomina distinguit nomẽ priuationis. deinde distinguit nomĩa importantia totalitatem eo ꝙ totum ꝛ perfectũ aut idem sunt aut sibi inuicẽz ppĩa.

## Secundo est sciendũ. circa

modos perfecti. ꝙ tribus modis dicit aliquid perfectũ ſm se ꝛ quelibet illoꝝ subdiuidi potest quia quolibet illoꝝ modoꝝ potest aliquid dici perfectũ simpliciter seu vniuersaliter aut in aliquo genere seu particulariter. Primomodo igitur aliquid dicitur pfectum in quãtitate dimensiua scilicet extra quod nihil est accipere aliquam particulã sue quantitatis. ꝛ hoc cõtingit dupliciter quia vel est perfectum in quantitate simpliciter sic ꝙ nihil excedit ipsuz in quantitate ꝛ sic solus mundus diceretur perfectum vel est perfectum ſm quantitatez in genere suo sic ꝙ habet quantitatem cõuenientem ꝛ debitam sue nature ꝛ virtuti. sicut homo diceretur perfectus in quantitate qui habz quantitatem nature humane ꝛ virtuti eius debitam. hoc modo in primo celi dicitur ꝙ omne corp⁹ particulare est magnitudo perfecta ſm suuz genus quia habent tres dimensiones quib⁹ non sunt plures. ſꝫ mundus dicitur perfectus simpliciter quia omnino nihil est extra ipm. Scdomodo aliquid dicitur perfectum in quantitate virtutis quod cõtingit dupliciter vel simpliciter ꝛ sic sol⁹ de⁹ est pfectus. vl' in genere suo. ꝛ sic diceretur homo perfectus qui attingit vltimum sue virtutis. ꝛ perfect⁹ medicus cui nihil deest de arte medicandi. vnde sicut omnium natura cõstantium positus est certus terminus augmenti ꝛ decrementi ſm naturam. sic omne ens naturale habet determinatos terminos sue virtutis naturalis scilicet vnum a quo nõ contingit deficere ꝛ alterum quod nõ cõtingit transcẽdere. ꝛ tunc vnumquodqꝫ ens naturale perfectum est cum attingit vltimum sue virtutis ꝛ, vt habet textus interdum iste modus trãsfertur ad malitias vt dicim⁹ aliquem esse perfectuz latronem sicut dicimus esse bonum latronem ꝛ hoc est ꝑ similitudinem eo. s. quia aliquis malus se habet in malis sicut bon⁹ in bonis qñ nihil deest alicui malo puta latroni ď arte furandi. vnde licet proprie nõ sit perfectio in malitia ſꝫ magis defectus. tamẽ qꝛ ſm actiones iudicamus de cõsummatione habituuz. ꝛ actiones sunt perfectiones habituuz. ideo homo agens prõpte faciliter ꝛ expedite. siue actione virtuosa. siue vitiosa perfecte dicitur agere.

Tertiomõ dicitur perfectũ id quod habet finem bonũ & studiosum. & hoc iterũ dupliciter qȥ vel simpliciter vt dicim⁹ hominem beatũ esse perfectũ simpliciter vel sm quid. vt hominem sanũ diceremus esse perfectũ sm quid & similiter transfert iste modus ad id quod est in malo cõsummatũ sicut dicimus aliquẽ esse perfectuȝ perditum aut corruptũ. nam qd sit consummatũ in vltimo est & quia finis habet rationem vltimi ideo dicim⁹ sic consummatũ esse perfectum. quia tamen finis nõ solum habet rationem vltimi sed etiam optimi. ideo talis cõsummatio in malo nõ dicitur proprie perfectio ſ solũ similitudinarie. & ꝓprie debȝ dici miseria vnde patet de tribus modis quibus aliquid dicitur perfectum sm se quorum duo primi sumuntur sm intrinsicam perfectionẽ. Prim⁹ sm quãtitatem dimensiuam. & scdus sm quãtitatem virtutis. tertius vero dicitur per respectũ ad vlterius perfectum quod est finis cuius causa fit vel est aliquid.

**Ulterius est sciendum ꝙ p**respectum ad modos perfecti sm se aliq̃ dicuntur perfecta vel ex eo ꝙ faciunt aliquid perfectum aliquo illoꝝ trium modoꝝ. sicut medicina perfecta dicitur que sanitatem facit perfectam aut ex eo ꝙ habent in se aliquid perfectuȝ vt homo habens scientiam perfectam dicitur perfectus. aut ex eo ꝙ congruunt alicui perfecto siue similitudinem habent sicut illa q̃ habent similitudineȝ ad perfecta. vt ymago dicitur perfecta que representat hominem perfectum & generaliter qualitercũqȝ ea referantur ad ea que dicuntur trib⁹ primis modis aut altero coꝝ sm se perfecta sm hoc similitudinarie & respectiue dicerentur perfecta.

**Ultimo est sciendum ꝙ in** substantia nihil proprie dicitur perfectuȝ ſ attẽditur perfectio rei in habitudine ad virtutem & operationem. & quia rei quãtitas ordinem habet ad rei virtutem & operationem ideo bene attenditur perfectio rei sm quantitatẽ. vnde a forma substantiali habet aliquid quod est ens simpliciter & bonum sm quid ſ a forma accidentali & a virtute & operatione est aliquid quod est ens sm quid & bonuȝ simpliciter. quia bonitas rei est ex integra cã ideo habet philosophus primo celi ꝙ ꝑfectio rei in tribus consistit scilicet in principio medio & fine hoc est in substantia vĩtute & operatione.

**Tunc sit hec conclusio modi** perfecti sunt sufficienter assignati patet ꝑ ea que dicta sunt. sed dubitatur de significatis huius nominis terminus. quia qd perfectum est terminatũ est & absolutuȝ & nõ dependens. est etiã nõ priuatũ ſ habẽs ea que sm suuȝ genus ei competunt ideo post significatis perfecti ponit significata nominũ significãtiuȝ istas cõditiones enumeratas in explicatione perfecti que nomina sunt terminus sm ꝙ. sm se & habit⁹. Circa significata termini posuit philosophus primo ꝙ est vltimũ cuiuslibet rei & cuius extra nihil est accipere primi & infra quem omnia sunt. Consequẽter ponit quattuor modos termini Prim⁹ est sm quẽ finis alicuius magnitudinis aut magnitudineȝ habentis dicitur terminus vt punctus linee & superficies corporis. Scdus modus est sm quem vltimum ad quod est motus dicitur terminus motus vel mutationis quamuis enim interdũ principium motus & finis dicantur termini vt dicimus. ꝙ omnis motus est inter duos terminos scilicet a quo & ad quẽ magis tñ proprie terminus ad quem dicitur terminus siue finis motus. Tertiomodo dicitur terminus cuius causa fit aliquid quod. s. est primũ in intentione & vltimum in executione. Quartomodo dicit terminus ratio ipsius quod quid erat esse rei finaliter in isto capitulo determino dicit aristotl. ꝙ termin⁹ dicitur totiens quotiens dicitur principiũ & adhuc ampli⁹ qȥ omne principiũ est termin⁹. ſ nõ omnis termin⁹ est principiũ id enȝ ad qd ẽ motus est termin⁹ mot⁹ & non principiũ. id vero a quo est mot⁹ est principiũ mot⁹. & etiã vt dictũ ẽ quodãmõ vocat terminus

**Aliud dubiū est de significa**
tis sm̄ φ respondet cū textu. φ sunt q̄t/
tuor. Primū est prout spēs vel forma
est substantia rei. id est essentia est id secū
dum qd̄ aliquid esse dr̄ sicut sm̄ platoni
cos ydea boni est id sm̄ qd̄ aliquid dici
tur bonū ꝛ humanitas est id sm̄ qd̄ sor
tes dr̄ homo. Scd̄m est prout subiec
tū in quo primo aliquid natū est esse aut
fieri dr̄. sm̄ qd̄ vt aliud corpꝰ dr̄ coloratū
sm̄ qd̄ eiꝰ supficies dicerentur colorata. ꝛ
dr̄ iste modus a primo qꝛ in primo illa
reduplicatio dicit adequatā rei formam
in isto vero dicit adequatā rei materiam
siue subiectū. Tertiū est prout vl̄r que
libet causa per se dici potest sm̄ qd̄ v̄ qua
libet enim causa per se attingit dicere se/
cundū qd̄ vt homo sm̄ φ rōnalis est risi
bilis. ꝛ sm̄ φ cōpositꝰ ex cōtrarijs ē cor/
ruptibilis. Quartū est put sm̄ qd̄ sig/
nificat positionē sicut dr̄ iste sedebat secū
dum hūc iuxta hūc ꝛ iste vadit sm̄ hunc
id est iuxta hunc vt dicimus scd̄m φ se/
dent aut veniūt ita vocētur. ꝛ sic patet de
significatis sm̄ φ. quibus poītis poit a/
ristotel. quattuor significata huius qd̄ est
per se siue sm̄ se. qui modi vel significata
in libro posterioꝝ satis explicātur. ideo ꝑ
nūc nō oportet repetere. ſ3 quia sm̄ qd̄ in
vna eiꝰ significatione positionē significat
ideo poit aristotel. modos dispositiois
ꝑmittendo cōem rōem dispositiōis que
est. dispositio est rei habentis ptes ordo.
Et qꝛ iste ordo ex pte termini attendi po/
test sm̄ hoc sumūtur tres modi dispositi
onis. potest enim ordo ptiū attendi sm̄
locū ꝛ talis ordo dr̄ situs ꝛ est p̄dicamē
tum. potest etiā attendi iste ordo ptium
sm̄ potentiā siue virtutē. ꝛ sic dispositio
ponit in prima spē qualitatis. dr̄ enī ali
quid hoc modo dispositū. puta sm̄ sani
tatem vel egritudinē. eo φ partes eiꝰ ha
bent ordinē in virtute actiua vel passiua.
Tertio potest iste ordo partiū attendi se/
cundū spēm totius. ꝛ sic dispositio ponit
dr̄a in genere quātitatis cū diuidit quā/
titas φ alia est habens positionē in suis
ptibus vt linea supficies corpus, ꝛ locus
alia vero nō habet vt tēpus numerus. ꝛ
ōro nō habet positionē i suis partibꝰ vn
de φ hoc nomē dispositō significet ordi
nē ꝓbat phus qꝛ hoc nomen dispositio
positionē includit sic ipa nois dispositio
denotat. ſ3 de ratiōe positiois est ordo. er
go illō nomē dispositio ordinē significat
Rationes ante oppositum solute sunt ex
dictis. sequit textꝰ. Habitus vero dicitur

**Queritur duodecimo. vtruz**
inter priuatiue opposita. sit dare mediuz
Arguit φ nō qꝛ priuatio ꝛ habitus se
habent sicut ens ꝛ non ens. ſ3 inter ens ꝛ
nō ens non est mediū. ergo nec inter pri
uatiue opposita. Ad oppositū est phus
dicens. ꝓbatur qd̄ nō ois bonꝰ aut ma/
lus iustꝰ aut iniustus. ſ3 est mediū. Pri
mo videbit de cōditione hoꝝ nominuz
habitus passio priuatio ꝛ habere. Scd̄o
respondebitur ad quesitum.

**Quantū ad primū sciendū**
est primo. φ habitꝰ quandā cōditionem
pfecti importat. qꝛ qd̄ est pfectū nō debz
esse priuatū. ſ3 debet habere ea que sm̄ su
um genꝰ sibi cōpetunt. similiter qꝛ dispo/
sitio vt dicit ordinē sm̄ potentiā aut vir/
tutem ad actionē ptinet ꝛ habitꝰ signifi/
cat per modū principij actionis. ꝓbatur
hoc poītis modis pfecti ꝛ dispositionis
aristotel. subiūgit modos habitꝰ q̄ sunt
duo. Primꝰ est prout habitus significat ali
quid mediū inter habens ꝛ id qd̄ habet
ꝛ inter agens ꝛ patiēs. sicut motus qui
est actus motus ꝛ mobilis dicetur actus
vtriusq3. ꝛ ita dr̄ habitꝰ vtriusq3. similiter
inter vestem ꝛ habentē ipam mediat ha/
bitus qui quāuis intelligat mediū inter
habens ꝛ id qd̄ habet. tamē nō oportet
φ ipse habitus haberi dicat. alias vt dicit
textus in hītibus esset ꝓcessus in infinitū

Scd̄o mō dr̄ habitus dispositio secū/
dum quā aliqd̄ bene vel male disponit
ad agendū vel patiendū vel sm̄ se. vt sa
nū est bene dispositū vel per respectū ad
aliquid vt robustꝰ ē bene dispositꝰ ad a
liquid agendum ꝛ hoc modo habitꝰ est
de prima spetie qualitatis.

**Secundo sciendū est. φ ha-**
bitus in primo eius significato potest ca

pri actiue aut passiue. nā id qḋ mediat in
ter agens ⁊ patiēs ſm diuersos respectus
est actio ⁊ passio. ⁊ ita passio cōsequitur ad
habitū ideo subiūgit text⁹ modos passi
onis qui sunt quattuor. Primomodo
dr̄ passio qualitatis ſm quā fit alteratio
⁊ sic ponitur in p̄dicamētis in tertia specie
qualitatis. Scḋomō dr̄ passio ipa al
teratio facta ſm huiusmodi qualitatē et
sic passio est p̄dicamentū. Tertiomo/
do dr̄ passio alteratio nō quelibet. ſ noci
ua ⁊ corruptiua ⁊ hoc modo nō diceretur
pati qui sanatur. ſ qui infirmatur. ſ qz q̄ mo
dica sunt pro nihilo reputantur ideo.
Quartomō dr̄ passio nō quecunqȝ nociti/
ua alteratio ſ que ſm magnitudinē ha/
bet nocumētū sicut magne calāmitates et
tristitie. ⁊ qz interdū excellēs leticia fit no
ciua hijs qui nesciūt bene uti delectabili/
bꝰ hoc modo passio dici potest de exces
su leticie. nā ꝓbatur excessum leticie aliq̄
quandoqȝ mortui sunt.

**Tertio est sciendū ꝙ habi/**
tui opponitur priuatio ideo post modos
hītus subiūgit textus modos priuatio/
nis. ⁊ qz priuatio in se includit duo. s. ne/
gationē hītus ⁊ aptitudinē ad ipsum.
ideo primo distinguit modos priuatio
nis ex pte aptitudinis. Deinde ex pte ne/
gationis ex parte aptitudinis ponit quat
tuor modos. Primꝰ attendit accipiē
do aptitudine nō ex parte obiecti. sed ma
gis ex parte rei que nō habet ⁊ hoc mo/
do dr̄ priuatio quādo nō habet aliquid
qḋ est natū haberi licet nō ab illo qḋ ipo
caret. hoc modo plāta dr̄ priuari oculis.
Scḋomō aliquid dr̄ priuari quando
nō habet illud qḋ natū est haberi vel ſm
se. vt homo diceretur cecus vel ſm genus
proximū ⁊ sic talpa diceretur ceca. Ter/
tiomō dr̄ aliquid priuari aliquo quādo
nō habet illud tēpore loco pte. ⁊ ſm qḋ
natū est habere illud ⁊ hec est vera ratio
priuationis. Quartomō dr̄ priuatio
cuiuslibet rei p violentiā ablatio isti sunt
modi priuationis. sumpti ex pte aptitu/
dinis. cōsequenter ponit aristotiles alios
mōdos se tenētes ex pte negationis. ⁊ di
cit ꝙ tot modis dr̄ priuatio quot modis

potest capi negatio vel priuatio cōmuni
ter designata in hac ꝑpositione in addita
p cōpositionem alicui nouiunt significan
habitū. Primomō dr̄ talis negatio p
hoc ꝙ est oio nō habere cū aptitudine ta
mē habēdi vt inuisibile dr̄ qḋ nullomō
habet colorē et sine pede qui pedē non
habet. Scḋomō dr̄ talis negatio nō
per hoc ꝙ est oio nō habere. ſ per hoc ꝙ
est praue vel turpiter habere vt dicitur inter
duȝ inuisibile qḋ turpem habet colorē et
ingressibile qḋ in eptos habet pedes.
Tertiomō dr̄ talis negatio ex hoc qḋ est
parū habere. vt nō igniū dr̄ qḋ modicū
habet de igne. Quartomō interdū dr̄
huiusmodi negatio propter hoc qḋ ē nō
bene aut faciliter habere. vt visecabile q̄a
faciliter secari nō potest. Quintomo/
do dr̄ talis negatio ex eo qḋ est oino non
habere ⁊ sic monoculus nō diceretur cecus
ſ qui in ambobꝰ oculis visuȝ nō habet ⁊
sic patet de modis priuationis distinctis
ex parte negationis.

**Quarto est sciendū ꝙ habe**
re se habet ad habitū vt denominatiuū
eius. ⁊ per modū effectꝰ. ideo subiungit
textus modos huiꝰ qḋ est habere. Pri
momō dr̄ aliquid habere alterū quādo
habens ducit id qḋ habet ad naturā ha
bentis ⁊ extra naturā habiti vt in natura
libus febris dr̄ habere hoīem. ⁊ in ciuili/
bus tirānus dr̄ habere ciuitatē ⁊ adhuc
modū reducitur habere vestimentū qz ve/
stimentū trahitur ad naturā vestiti. Se/
cundomō dr̄ subiectū habere omne acci
dens qḋ in eo est vt es habet spēȝ statue
⁊ corpꝰ infirmitatem. Tertiomō dicitur
habere aliquid aliud quādo ipm conti/
net. vt lagena habet vinū ⁊ ciuitas homi
nes. Quartomō dr̄ aliquid habere al/
terū qz ꝓhibet ipȝ operari aut moueri se
cundū suū impetū ⁊ sic colūna dr̄ habe/
re pōdus graue sup ipam positū. vt poe
te dixerūt athlātē habere celū ⁊ ꝓhibere
ne deorsuȝ cadat. ⁊ hec de distinctione no
minū que ad pfectionem entis pertinēt
⁊ hec de primo.

**Quantū ad secundū est ad/**
uertendū. ꝙ oppositio que est inter pri/

uationem ⁊ habitū est inter ens ⁊ nō ēs
nō tñ simpliciter ſ; ſm quid. ⁊ ſm q̄d est
ens. ideo negatio priuationis nō est ne/
gatio extra genus. ſ; in genere ponēs scili
cet determinatū subiectū cū debitis circū
stantijs ⁊ potentia ad habitū. ideo inter
priuationem ⁊ habitū per ab negationē
potest eē medium circa extraneū subiectū
vt lapis nec est videns nec cecus. ſ; circa
determinatū subiectū suppositis omnibus
circumstātijs requisitis ad aptitudinem
subiecti vt habitū pticipet nō est mediū
inter priuationem ⁊ habitū. ymmo circa
tale subiectum priuatio ⁊ habitus cōtra
dictionem includūt ⁊ hoc debet intelligi
de oppositione cōpleta inter priuationē
⁊ habitū. qꝛ ſm aliquos modos priuati
onis adhuc circa determinatū subiectū
ciei ponitur in diffinitione forme nõ tan quã ptinens ad eius essentiã ꝫ tanꝗ̃ ad ditamẽtũ sicut ẽ de corpore organico qđ po nitur in diffinitione aïe. pbat̃ cõclusio qꝛ sicut accidẽtia diffiniri habent p subiectũ eo ꝙ esse suũ est in subiecto ita cũ esse for me que est pars speciei sit in materia.

seqtur q̄ materia habet poni in diffinitio
ne forme nō aūt ponit̄ taq̄ʒ ptinēs ad
essentiaʒ forme vt manifestū est p modū
additamēn

**Cōclusio respōsalis ptes spe**
ciei sive mâles sive formales ponūtur in
diffinitione sbe mâlis cōposite. pbat̄ qz
diffinitio indicat essentiā rei ƀ essentia rei
cōposite cōplectit̄ māʒ ⁊ formā nec potest
esse sine mā ⁊ forma ergo in diffinitione
sbe cōposite ponit̄ mā. Aliter tñ ponit̄
in diffinitione forme ⁊ sbe cōpoite. qz po
nit̄ in diffinitione forme tāq̄ʒ addita/
mētuʒ ƀ in diffinitione sbe cōpoite ponit̄
tāquā ptinēs ad essentiā. Notāter dictū
est in cōclusio ib⁹ mā speciei qz mā signa/
ta sive individui nō ponit̄ in diffinitione
sbe cōpoite nā sba cōpoita nō diffinit̄ se/
cūduʒ q̄ significat̄ singulariter p moduʒ
individui ƀ secūduʒ q̄ significat̄ vlīter p
modū spēi. Si tamē individuū diffiniti
onē haberet mā signata poneret̄ in diffi/
nitione ei⁹. Ex p̄dictis pʒ prio solutio
terti⁹ deʒ dubij in quo querit̄ vtrum ptes
sint priores toto. Dicit̄ q̄ ptes que ponū
tur in diffinitione toti⁹ sunt priores toto
ƀ ptes que nō ponūtur in diffinitione to/
ti⁹ scʒ ptes materie sunt posteriores toto
de signato nomie speciei

**Ad rationes ad primaʒ patʒ**
solutio. Ad secūdā dr̄ q̄ in hoc non
tenet̄ avrois. Ad rationem dr̄ q̄ māʒ
speciei cōpata ad māʒ individui habet ra
tionē forme vt caro cōpata ad hāc carnē
se hʒ sicut formā. Et ideo dr̄ secūdo phisicoꝝ
q̄ partes diffinitiōis se hñt ad diffinituʒ
in gñe cause formalis. Ad aliā cōcedit̄ q̄
essentia est qua res est aliter tñ quā forma
quia essentia est qua suppoītuʒ hʒ esse vt
humanitas est qua fortes est hō. Sed
forma est qua mā est vt aīa est qua corp⁹
est vnde pʒ q̄ essentia nō est tñ forma. Se
quitur tertius

**Queritur octavo vtrū expti**
b⁹ nāt vnū vel vtrū diffinitio sit vna. Ar
q̄ nō qz ex onob⁹ nō fit vnū nisi vnū in sit
alteri ƀ gen⁹ nō in est differētijs neq̄ ecō/
uerso ergo. minor pʒ qz gen⁹ nō pticipat
differentiā. quia ratione gen⁹ nō pticipa/
ret vnā drāʒ ea ratione pticiparet aliā ⁊ cū
ille drē sint cōtrarie seqtur q̄ idē pticipa
ret cōtraria q̄ falsū est. Secūdo sic quā
do in diffinitione ponūtur plures drē nō
sunt vnū nisi q̄ insunt vni. s. speciei pari
ratione omnia accñā que insunt vni sub
iecto essent vnū ⁊ etiā sunt rationes text⁹
Tercio sic gen⁹ ⁊ drā summūtur a di
uersis ptib⁹ rei vt gen⁹ a mā drā vero a
forma. ƀ mā ⁊ forma nō sunt vnuʒ ergo
nec gen⁹ ⁊ drā sunt vnū. In oppositū
est aristoteles. Ratio rationē nā diffinitio
indicat essentiā sive sbaʒ rei ƀ essentia sive
sba rei est vna ergo diffinicio est vna

**Pro quo primo sciendū est**
q̄ hic nō loquimur de diffinitione data
p accidētalia vel p aliquas ꝓprietates vl'
aliquas causas extrinsecas qz ipsa sunt
extra essentiā rei. hic aūt in quartū⁹ de dif
finitione indicāte essentiā rei, ⁊ hec est dif/
finitio data p gen⁹ ⁊ drāʒ. Unde nō re/
fert vtruʒ in diffinitione ponatur tantuʒ
vnū gen⁹ ⁊ vna drā sive plures ponātur
cū genere ita tñ q̄ vltima sit cōuertibilis
cū diffinito

**Tercio sciendū est q̄ genus**
spēs ⁊ drā significāt eādeʒ essentia ab alio
tñ ipoit̄ gen⁹ ⁊ drā nā gen⁹ significat ean
dē nāʒ quā significat spēs ƀ imponitur ab
eo q̄ est mâle in re. Sʒ drā exprimit eā/
dē nāʒ ab eo qd̄ est forāle in re. Spēs aūt
significat eādē nāʒ ƀ nomē spēi a mā ⁊ a for
ma imponitur. Diffinitio enim significat
explicite quod species implicite. exem/
pla hominis vt animal significat hominē
et equum sed impositio animalis sum/
mitur a sensitivo quod materialiter se ha
bet in homine. Unde animal signifi/
cat habens animam sensitivam sive illd̄
sit homo sive equus sive aliud. Et ratī
onale significat naturam hominis sed eā
exprimit ab eo quod est formale in ho
mine scilicet a rationali anima. q̄ for ma
liter se habet respectu sensitivi. Unde
rationale significat habens animam ra/
tionalem. homo enim significat ideʒ sed
impositio est a materia a qua imponitur
genus, et a forma a qua imponitur drā

Unde homo significat hūs animā rationalē in natura sensitiua. Ex p̄dictis patet q̄ licet genus sumatur a materia non tamen est idem cum materia sed significat totum. Similiter licet differentia sumatur a forma non tamē est idem q̄ forma sed totum. Secundo patet q̄ species non cōponitur ex genere et differentia tanquam res tercia ex duabus reb⁹. Sed concept⁹ speciei cōponitur ex cōceptu generis et differentie. Tercio patet q̄ nō est intelligendum q̄ gen⁹ significet aliquam naturam cui superueniat alia natura signata p̄ differentiā. sed differentia additur generi tanquam significans determinate illud quod genus significat indeterminate. Quarto patet q̄ illud qd̄ dicitur in textu est verum scilicet q̄ gen⁹ nō est p̄ter species illi⁹ generis et vox nō est p̄ter particulares voces. nec animal p̄ter species eius. Est tamen sciendum q̄ vox potest cōsiderari dupliciter vno modo vt est formata significatione in cōmuni et sic est genus ad particulares voces. et non est p̄ter eas et sic p̄dicatur de particularib⁹ vocib⁹ vt cum dicitur homo est vox. Alio modo cōsideratur vt caret significatione et vt nō est formata. et sic est materia et est p̄ter particulares voces et sic nō p̄dicatur de eis. vnde sic nō dicitur q̄ hō est vox vel equ⁹ est vox sed q̄ est ex voce et significatione proportionaliter distinctio solum fieri de corpore

Tunc ponitur cōclusio responsalis ex p̄tib⁹ diffinitionis fit vnū. probatur primo quia ex genere et differentia fit vnū quia genus nō est aliqd̄ p̄ter species eius et p̄ter differentias sed eandem naturam significat cum sp̄ciebus et differencijs. ergo p̄ se fit vnū ex genere et differentia. Secundo probatur q̄ ex pluribus differencijs fiat vnum quia plures differentie nō significant diuersas formas. sed significant vnam et eandē naturam inter quas differētia vltima sumitur ab vltima forma. Unde ex vnitate vltime forme tota diffinitio est vna. Ex p̄dictis patet falsitas opinionis dicētium plures formas essentiales esse in eodē cōposito secūdum pluralitatem p̄dicatorum substantialium. Dicūt enim q̄ in sorte est vna forma secūdū quā hoc p̄dicatū substātia dr̄ de sorte et alia sm̄ q̄ hoc p̄dicatū corpus dr̄ de sorte et sic de alijs. Hec opinio falsa ē. Primo quidem quia dr̄ in textu q̄ genus nō est p̄ter species illi⁹ generis. Similiter q̄ gen⁹ nō significat aliam naturā a natura signata p̄ speciem. hoc etiā nō potest saluari ponēdo plures formas substātiales in eodē secūdum generalitatē p̄dicatorum. Secundo. quia in eodem secūdum istā opinionem ptes diffinitionis nō essent vnū. nam illa nō sunt vnū. sed vere multa que significāt diuersas formas. Tercio quia differentia est inter p̄dicationē vniuocā seu quidditatiuam et denominatiuā in hoc. quia in p̄dicatione vniuoca p̄dicatū est idē cum subiecto. nō autē in denominatiua sed secundum aliqd̄ qd̄ est in subiecto. et ideo nō p̄dicatur de subiecto nisi significet de nominatione. Unde patet q̄ licet ponātur plures formae accidentales in eodē subiecto secūdum pluralitatem p̄dicatorum accidentalium. tamen cōtra naturam p̄dicationis substātialis est. q̄ ponātur plures forme substātiales in eodē subiecto secūdum pluralitatem p̄dicatorum substantialium. Quarto ponere plures formas substantiales in eodem est impossibile vt in pluribus locis ostensum est. et sic patet q̄ plura p̄dicata substantialia eandem naturam significāt quamuis alio et alio nomine nominētur et etiā ab alio mō sumantur vt prius dictū ē

Ad rationes ad primam dicitur q̄ non est inconueniens genus indistincte et quasi potentialiter continere duas cōtrarias differētias. dr̄ secūdo q̄ ex genere et differētia nō fit vnū quia vnū insit alteri p̄ illū modū p̄ quē accns̄ ē in subiecto sed fit vnū p̄ quanto significāt eādem naturam. Ad secūdam dr̄ q̄ ex differēcijs nō fit vnum quia insunt vni sed quia significāt vnā nām loquēdo de differēcijs p̄ se. Ad terciā iā dictum est q̄ gen⁹ non est idem q̄ mā nec drīa q̄ forma. sed significāt totū. dr̄ etiā q̄ ex mā et forma fit p̄ se vnū sicut ex actu et potētia ex mā et forma resultat essentia vna scilicet cōpositum

Queritur nono vtrū vniuersale sit substātia. Ar̄ q̄ sic quia aial est vle. et est sb̄a hoīs. ergo vle est sb̄a. In oppositum est ph̄s cōtra platonē ponētē vlīa

esse substantias rerum. presponsione

**Primo sciēdum est ꝙ postꝙ** dictum est de substātia vt substantia est ꝙquid est. consequenter videndū est de substātia secūdū ꝙ est vniuersale quia in principio huius septimi dictum ē ꝙ substātia vno modo dicitur ꝙquid est. alio modo dicitur vniuersale

**Secundo sciendum est ꝙ** vniuersale dicitur dupliciter. vno modo dicitur natura cui attribui potest intētio vniuersalitatis sicut est vniuersale in potētia ⁊ hoc modo vniuersalia significāt substantias rerū ⁊ p̄dicantur in quid vt animal est substātia eius de quo p̄dicaꝛ. Et similiter homo. alio modo dicitur vniuersale nā intētioni vniuersalitatis subiecta prout scilicet consideratur vt vnū in multis ⁊ sic capiꝛ vniuersale secūdū actū vniuersalitatis. et hoc modo ponebāt platonici vniuersalia esse substantias rerum cōtra quos aristotiles pbat ꝙ vniuersalia non sūt substātie. vniuersalia cui secūdū actū nō sūt in rerū nā s̄m intellectu put scilicet intellectus accipit naturā vt cōmunem multis indiuiduis inquantū eam abstrahit ab indiuiduis ⁊ sic de tali vniuersali secūdū actum est ad p̄positū

**Tunc ponitur cōclusio respōsalis.** vniuersale nō est substantia pbatur dupliciter via p̄ma sumiꝛ secūdū ꝙ vniuersale cōsideraꝛ vt vnū i multis. Secūda via sumiꝛ secūdū ꝙ vniuersale sumitur siue cōsideratur ut pars diffinitiois speciei. sed nō secundū ꝙ species componitur ex genere ⁊ differētia. nūc pbaꝛ conclusio duabus ratioib⁹ Prima qꝛ substātia vni⁹cuiusq; est sibi p̄pria ⁊ nō i ē alteri sed vniuersale ē cōe ⁊ natum esse in plurib⁹ ergo nō ē substātia alicui⁹. Et confirmatur sic quia vel vniuersale ē cōmune multis et substātia vni⁹ vl' pluriū. nō vni⁹ tātū qꝛ ona ratiōe esset substātia vnius esset substātia alterius nec plurium qꝛ pluriū nō est substācia vna. illa eni quorum substācia est vna et ꝙquid est. vnū in talia sunt vnū simpliciter. relinquiꝛ ergo ꝙ vniuersale nō est substancia alicuius. Secunda ratio. substātia nō dicitur de aliquo sicut subiecto ergo vniuersale nō est substancia

Si obiciatur ꝙ licet esse in subiecto non cōueniat substantie. tamē dici de subiecto cōuenit ut dicitur in p̄dicamentis. Et dicendum ꝙ in p̄dicamētis cōsideraꝛ de substantia secundum consideratiōnem logicalem. s. secundum ꝙ substantia consideratur secundū actum rationis secundū quē sibi cōuenit p̄dicari. Et ideo apud logicū aliud ē dici de subiecto ⁊ aliud ē esse in subiecto. Sed methaphisic⁹ cōsiderat substantiam secundū ꝙ est quoddā ens et ideo apud eū idē ē esse i subiecto ⁊ dici de subiecto Vn si vniuersalia essēt separata a singularib⁹ tunc nō essent i subiecto. Secūda via pbaꝛ quatuor ratioib⁹ Prima ē illud qd ē substācia ⁊ hoc aliud nō cōponitur ex illo ꝙ nō est substātia nec hoc aliud sed simpliciter est hoc aliud ⁊ substātia. sꝫ vniuersale non est hoc aliud. sꝫ q̄le q̄d. ergo singulare nō cōstituiꝛ ex vniuersali tāquā ex substātia. Et si dicaꝛ ꝙ vniuersale nō significat q̄litatē accidentalem sed qualitatem substantialem. dicitur ꝙ si ponatur vniuersale esse idem cū singulari sicut posuit aristotiles tūc significat qualitatem substantialem Si autem ponatur vniuersale esse separatum realiter a singularibus nō solum significat qualitatem substantialem sed etiā accidentalem. quia omnis qualitas que est alia ab eo cui⁹ est. est sibi accidētalis. Secūda ratio est si vniuersale est substantia sequeretur ꝙ essent eiusdem plures substancie cōsequēs ē falsum ⁊ patet consequentia qꝛ sortis substantia est homo et sortis substātia est animal. Tertia ratio est quia sequeretur ꝙ esset ponēdus tercius homo vt preter duos scilicet platonē et sortē poneretꝛ homo cōmunis separatus ab ipsis hoībus sicut dixerūt platonici ꝙ ponendus est tercius homo sed hoc est impossibile ergo ⁊c. Quarta ratio est ex plurib⁹ actu existētib⁹ non potest fieri vnū s̄ bene ex plurib⁹ potentia secūdū platonicos vniuersalia sūt in actu p̄ter singularia ergo ex vniuersalib⁹ nō esset singularia tāquā ex eorū substātia. et si q̄raꝛ q̄re ex duob⁹ actu existētib⁹ nō potest fieri vnū tercium. cā ē qꝛ de ratiōe act⁹ ē separare ⁊ distinguere vnū ab alio ideo ex plurib⁹ actu existētib⁹ nō potest fieri vnū nec aliq̄ sunt nisi habeāt actū vnū vl' forā vnā. vnā

potētia vero est nata coniungi actui ideo ex pluralibus potentia existentibus bene fit vnum actu. Rationes sunt solute per distinctionem factam in secundo notabili. ipe eniz pbauit bene φ vniuersalia bene sunt substantia eorum de quibus predicantur τc.

**Queritur decimo. Utrum** ponenda sint vniuersalia separata a singularibꝰ. Et arguit φ sic qz sciētia est necessariorum modo singularia. etiā quecūqz in eis sūt sunt corruptibilia. ergo non potest hēri sciētia de ipsis nisi ponātur vniuersalia separata a singlarībꝰ q̄ vniuersalia sūt ꝑpetua τ necessaria. In oppo. est philo.

**Pro responsione sciendum est** primo φ platonici posuerūt vniuersalia sue ydeas que erāt substātie singlarium separata a singlarībꝰ quoꝝ oppinio ē iā recitata ante in isto li. posuerunt enī ydeas separatas vt earum esset sciētia τ diffinitio

**Sed cōtra eos ponitur cōclusio** non sunt ponēde ydee separate a singlaribus vt puta non est ponēda ydea hominis separata a singlarībꝰ hominibꝰ. pbatur qz ſm platoicos ydee sunt substātie sensibiliū ſ illud qđ est de substātia alicuius non est ſeparatuz ab eo cuius est substātia ergo τc.

**Secunda conclusio. si ydee** essent separate a singularībꝰ ipsaꝝ non esset diffinitio. pbatur qz essent singlares. sed singularium non est diffinitio. minor ptꝫ qz diffinitio est necessarioꝝ τ ꝑpetuoꝝ sicut demōstratio τ sciētia. cuiꝰ demōstrationis diffinitio est pricipiuz. sed singlaria sunt corruptibilia qz hēnt materiā cuius natura talis est vt sit potētia ad esse τ nō esse. ergo singlariuz nō ē diffinitio. Forte diceretur φ singlariuz q̄ sūt corruptibilia nō esset diffinitio mō ſm platonicos ydee nec sūt corruptibiles nec hēnt materiā ideo non videtur valere ratio. et ꝓpter hoc in textu subditur talis ratio τ est sensus si singlariuz ē diffinitio illa datur per ꝓpria noīa. vel per cōmunia nō per cōmunia qz tunc diffinitio non esset ꝓpria nec per propria qz talia essent singlaria sicut marcus tulius mō diffinitio nō debet dari per singlaria noīa. Forte diceretur φ illa ratio arguit bene vbi sunt plura singlaria eiusdē spēi τ φ illoꝝ non est diffinitio mō platonici nō ponebāt plures ydeas eiusdē spēi. τ qz ibi nō est nisi vnū indiuiduū. Unū spēi illius potuit esse diffinitio. Sed cōtra hoc iterum arguit qz si hominis singlaris esset diffinitio talis daretur per accidētia que possunt nō inesse manēte substātia diffiniti. vt si sol diffiniretur φ est circuēs terram absconsus de nocte. si enī poneretur solez quiescere aut non agere adhuc manēt substātia solis τ tñ diffinitio data ei non cōpeteret. Itē si ille sol diffiniretur ꝑ illa q̄ possunt cōpetere alteri vt si fieret alius sol tūc diffinitio data de hoc sole alteri cōpeteret. vñ relinqtur φ singlariū nullo mō ē diffinitio. Sed pro respōsione ratōis post oppositum dicit φ licet vniuersalia non sint ſm rem separata a singlaribus. tamē bene scđm ratōem qz multa sunt de ratōe singlariuz que nō sunt de ratōe vniuersaliū vt carnes hūe vel illius hominis sunt de ratione vnius hominis. tñ non sunt de ratōe hominis in cōmum hec aūt vniuersalia sic cōsiderata per abstractōez a conditōibꝰ indiuiduātibꝰ sunt necessaria τ eoꝝ est sciētia τ sic ptꝫ solutio ratōnis ante oppositum sequitur textus.

**Queritur vndeciō. Utrum** φ quid est sit pricipiuz τ causa. Arguitur φ non qz si esset causa esset intrinseca. s. materia vel formā ſ supra dictū ē φ quid qđ ē nō est materia vel formā. ergo non est pricipiuz vel cā. In oppo. est aristo. pro solutione supponitur sicut alias dictuz est φ φquid est est natura vel essentia rei q̄ explicatur per diffinitōēz. hoc supposito

**Ponitur prima conclusio** φquid ē. ē pricipiuz τ causa. pbatur illō est pricipiuz vel causa de quo non q̄ritur ꝓpter qđ est ſ omnia alia q̄sita reducūtur in ipm. ſ φquid ē hmōi. ergo τc. maior ptꝫ ex hoc φ ꝓpter qđ semꝑ q̄rit causaz minor ptꝫ qz in q̄stione ꝓpter qđ semꝑ non q̄ritur ꝓpter quid homo est homo sed q̄ritur propter quid sortes est homo

¶ quando qritur aliquid de aliquo. respondetur quia quod quid est est homini sibi inest. Ratio aūt quare nō qritur idē de se vt ppter qd homo est homo: qz in omni qstione oportet aliqd esse cognitū z aliqd dubitatū. modo cognito ꝙ homo ē homo. simul cognoscitur causa propter quam homo est homo. sed qa vnūquodqz est idem sibi ipsi. ideo vbicūqz pdicatur idem de seipso non potest idem de se. ponitur z hoc ē pricipiuz cōmune omnibus notum. Probatur etiam cōclusio ex impositōe nominis. dicit enim quod quid erat ad esse. z non quod quid est ad denotādum pzioritatē quidditatis vel essentie ad esse. Nam qdditas vel essentia ē causa esse quod est suppositi. Est tamen sciendum ꝙ quādo queritur de aliquo propter quid est. aliquādo respōdetur causa formalis vt si queratur propter quid sit tonitruuz. Si respōdeatur qz sit sonus in nubibus respondetur causa formalis. aliquando efficiens vt si queratur. propter quid est forma in materia vt propter quid ē forā domus in materia. s. in lapidibus z lignis. Respōdetur ꝙ propter artem edificantium. Aliquando respondetur causa finalis. vt si queratur propter quid est forma domus in lapidibus z lignis. respōdetur vt in habitans domū protegatur a pluuijs z vētis. vnde causa finalis z efficiens sunt causa propter quam forma est in materia. In hoc tamen differūt quia efficiens est causa fieri. z finis non est solum causa in fieri sed etiaz in esse. Cuius ratio est quia efficiēs est causa quare forma ē in materia eo ꝙ trāsmutat materiam ad formaz suscipiendam. hoc autem est in fieri. sed finis mouet agens. est tamen in fieri. sed inquantuz vnaquequā res per suam formam ordinatur ad finem. finis est causa esse rei. sed illud quod est dictum de causa efficiente intelligendum est de causa efficiente per motum quia deus est causa efficiens omniuz rerum non tamen per motū. ex predictis patz ꝙ quod quid est est causa z pricipiuz. Sed ad videndum qualis causa sit z quale principium. est bene notandum ꝙ duplex est totum siue compositū. quoddā est totum siue compositum. quod simpliciter est vnum vt homo. Aliud compositū est quod nō est vnum simpliciter. nisi vt cumulus lapiduz dicitur vnus propter vnitatē loci in quo sunt lapides. Ratio huius diuersitatis est quia quādoqz totum capit speciem ab aliquo vno quod est forma vel compositio vel ordo. exemplum primi vt lapis vel lignum est vnū per formam. Exemplū secundi sicut domus est vna compositione. Exemplum tertij sicut exercitus numerus. vel sillaba. sillaba enim speciem capit ab ordine vnitatum literarum. quādoqz vero totum capit speciem non ab aliquo vno sed a pluralitate partium collectarum. z tale vnum non est vnum nisi secunduz quid z multa simpliciter vt populus.

Secūdo sciendum est ꝙ totum quod est vnum non est solum ea ex quibus componitur sed aliquid aliud vt homo non est ignis vel terra ex quibus componitur sed aliquid aliud quod est forma hominis Similiter sillaba nō est tātum b z a sed est aliud vt puta ordo literatuz z hoc patet quia dissolutis partibus ex quibus totum componitur adhuc remanent partes ille z non remanet totuz. Et hoc est signū ꝙ totuz nō est elementa siue pricipia materialia ex quibus componitur sed cum hoc est aliquid aliud. s. forā z hec substantia est causa vnius cuiusqz z causa prima essendi vt dicitur in textu. Aduertēduz est tamen ꝙ cum dicitur ꝙ quid est. est principium formale non est intelligēdum ꝙ sit forma partis tātum sicut dicit auerroys sed ē forā totius que se habet tanquā principium formale z causa materie sicut humanitas ē causa totius z dat esse sicut anima est causa corporis Et per hoc patz solutio rationū ante oppositum. sequitur textus.

Queritur duodeciō. Utruz in substātijs materialibus materia sit principiuz īdiuiduatōnis. Arguitur ꝙ non qa materia est pars speciei. ergo non esset sm se pricipiuz īdiuiduatōis. Secūdo sic si materia sm se esset pricipiuz īdiuiduationis

materia essz hec de se. ſ quicqd conuenit
alicui ſm ſe cõuenit ſibi inquocuqȝ repia/
tur. ergo conueniret materie ſpẽi qḋ eſſet
falſuz. Tertio ſic. iduiduũ ẽ qḋ idui/
ſuz in ſe ꝛ diuiſum a quocuqȝ alio. cum
ergo mã ex ſe nõ hẽat diuiſioẽz ſeqtur ꝙ
nõ ẽ pricipium iduiduatõis. Quarto
arguit ꝙ forã ſit pricipium iduiduatõis
qꝛ de ratõe iduidui eſſet ꝙ ſit aliqḋ in ſe
ſubſiſtens ſ hec cõueniunt iduiduo per
formã vt habet ſanct⁹ Tho. in cõmeto
hui⁹ ſeptimi. ergo ſubſtãtia eſt pricipiũ
iduiduatõis. Quito arguit ab eodẽ
res hẽt eẽ. vnitatẽ. ꝛ diuiſioñẽ a quoli/
bet alio. ſ eẽ eſt a forma. ergo per formã
aliqḋ eſt in ſe vnuz ꝛ diuiſum a quolibet
alio. ꝛ indiuiſio eſt a forã· Sexto ſic. ꝙ
qͣtitas. qꝛ qḋ hoc iduiduũ non ſit aliud
hoc hẽt ex eo ꝙ in alio iduiduo eſt alia
pars materie ꝙ in alio. ſ mã in ſe nõ hẽt
ptes ſ ipãs habet per qͣtitatez. ergo qͣti/
tas eſt pricipiũ iduiduatõis. Cõfirma/
tur qꝛ cõmuniter dicit ꝙ materia ſigna/
ta eſt pricipium iduiduatõis ſ materia
dicit ſignata quando eſt accepta ſub de/
terminata qͣtitate. ergo materia ſignata ẽ
pricipiuz iduiduatõis. Septimo ar/
guit. ſi materia ſecluſa obiecti qͣtitate eẽẽ
pricipium iduiduatõis cum ſm ariſto.
in ſcḋo de generatõe maneat eadem mã
in gñato ꝛ corrupto ſeqretur ꝙ corrup/
tum ꝛ gñatuz eſſent idẽ nuẽro. In op/
poſitũ videtur eẽ in hoc ſeptimo ariſto.
qͣtũ ad hoc ꝙ materia ſit pricipiuz indi/
uiduatõis. dicit enĩz qͣnto hui⁹ ꝙ illa ſit
eadem nuẽro quoꝝ materia eſt vna. ꝛ in
hoc. l. hẽtur ꝙ in habẽtib⁹ formã in mã
differũt ꝙ qͣid eſt. ꝛ ſuppoſitũ qꝛ dicit ꝙ
natura ſpẽi eſt tm̃ forma. materia aũt nõ
ptinet ad ſpẽz ideo non eſſet difficile ſal/
uare ꝙ materia eſſet pricipiuz iduidua/
tõis. ſm enĩz iſtã oppinionẽ natura ſpẽi
que eſt tm̃ forã determinaretur ad ſuppo/
ſituz p mãz. Sed tenẽdo ꝙ eſſentia ſpẽi
cõplectitur mãz ꝛ forãz cum eſſentia ſpẽi
ſit de ſe cõmunicabilis vere difficile eſſet
ſaluare ꝙ materia eſt pricipium indi/
uiduationis. Ad cuius euidentiam

**Sciẽduz eſt priõ· ꝙ iduiduuz**
vel ſuppoſituz ſm ariſto. eſt priã ſubſtan/
tia. priã aũt ſubſtãtia ẽ que neqȝ ẽ in ſub/
iecto neqȝ de ſubiecto dicitur. Vñ ptȝ ꝙ
iduiduũ ẽ prim ſubiectũ de gñe ſubſta/
tie quod in ſe eſt ſubſiſtẽs nõ receptibile
in alio. Ptȝ ſcḋo ꝙ iduiduuz priuat di/
uiſionem non quacuqȝ ſed diuiſionem
in partes ſubiectiuas. Sit ergo hec

**Prima cõcluſio· in ſubſtãtijs**
materialib⁹ forã non eſt pricipiuz idui/
duatõis. ptȝ qꝛ iduiduuz eſt in ſe ſubſiſ/
tẽs non cõmunicabile mltis ſ forma eſt
cõmunicabil' mltis nam illa cõmunica/
tur omĩb⁹ iduiduis euſdẽ ſpẽi inqͣtuz
eſt manẽs eadem in omĩb⁹ ſm ratõem
ergo forã in mãlib⁹ non eſt pricipiũ idi/
uiduatõis. Ex iſto fundamẽto oſtẽdetur
ꝙ forme a materia ſeperate ſe ipſis indi/
uiduantur.

**Secũda cõcluſio· in omĩb⁹**
ſubſtãtijs mãlib⁹ materia eſt pricipium
iduiduatõis. pbatur ſic qꝛ iduiduum
de gñe ſubſtãtie ſolũ cõtinet materiam ꝛ
formaz ꝛ in cõſtitutõe ſui non clauditur
aliqḋ accidẽs. ſ per pcedẽtez cõcluſionẽ
forã non eſt pricipiuz iduiduatõis cum
ſit cõmunicabil' multis. ergo materia eſt
pricipium iduiduatõis. Vñ per hoc ꝙ
forã recipitur in materia ipſa efficitur hec
ꝛ incõmunicabil'. Eſt tñ ſciendum ꝙ
materia non quocuqȝ mõ cõſiderata eſt
pricipium iduiduatõis cum ptineat ad
naturaz ſpẽi ſ ipſa cõſiderata vt eſt ſubiec/
tũ prim non receptibile in alio eſt prici/
piuz iduiduatõis qꝛ per ipãz iduiduuz
hẽt ꝙ ſit oĩm alioꝝ ſuſceptible ꝛ in nullo
alio ſuſceptibile ꝛ p cõſequens incõmu/
nicabil' ideo per materiã vt eſt prim ſub/
iectũ in nullo alio receptibil' dicit eẽ idi/
uiduuz. Nec materia ſic cõſiderata. ſ. vt ẽ
prim ſubiectũ non receptibile in alio per/
tinet ad ſpẽi naturaz. ſ ſm ꝙ in cõmuni
acipitur per itellect⁹ cõſideratõem cui⁹
eſt itentõem pficere. Ex qͣbus ptȝ ꝙ na/
tura ſpẽi puta lapidis vel hominis inqͣ/
tuz homo non eſt de ſe hec. ſed p materiã
put cõſideratur vt vltimum ſubiectum
non receptibile in alio.

**Tertia cõcluſio· neqȝ qͣtitas**
neqȝ aliqḋ accidẽs ẽ pricipiuz iduidui
de gñe ſubſtãtie. ptȝ ex mltis. Tũ priõ
qꝛ ſubſtãtia a toto gñe prioꝛ eſt accidẽte

ve ptꝫ in hoc septimo ꝗ̃ individuuꝫ ꝑtinet ad gen⁹ substãtie. ergo circũscripto quolibꝫ accidẽte ad huc remanet individuuꝫ de gñe substãtie. Tum scđo qꝛ individuũ de gñe substãtie non soluꝫ claudẽt materiaꝫ ⁊ formã ꝗ̃ etiam q̃ntitatꝫ vel aliquod accidẽs ⁊ tũc individuuꝫ esset ens per accidens ⁊ sic per se non recipet ꝑdicatiõem spẽi quod falsuꝫ est. Tum tertio qꝛ q̃ntitas ⁊ quodlibꝫ est cõmunicabile subiecto. sed esse incõmunicabile est proprium ratio individui. ergo non est individuum per quãtitatꝫ vel per aliquod accidens. Quarto qꝛ accidẽs individuatur ad individuatiõeꝫ subiecti ⁊ ab eo capit vnitatꝫ mãlꝫ. ex quo ptꝫ ꝙ aliquod accidẽs nõ est cã individuatiõis ꝗ̃ individuatio accidẽtis seqtur individuatiõeꝫ subiecti. Unde prius est individuatio subiecti quã accidẽtis. Unde ptꝫ quid est individuuꝫ de gñe substãtie qꝛ seclusa q̃cunqꝫ quãtitate ⁊ oĩ alio accidẽte est individuũ. Ex quo ptꝫ q̃liter intelligẽduꝫ est ꝙ materia signata .i. mã considerata sub certis dimẽsionibus est pricipiuꝫ individuatiõis. non ẽ sic itelligenduꝫ ꝙ dimẽsiones terminate non faciãt ad hoc quin individuuꝫ sit sensibile ⁊ determinãtuꝫ ad hic vel ibi ⁊ tunc nõ ẽ nisi per quãtitatꝫ. Ꝗ̃ sic dimensiões terminãte nõ sunt causa individui. ꝗ̃ signũ

**Quarta cõclusio · quãtitas** ẽ causa multitudinis individuoꝝ sub vna spẽ ptꝫ qꝛ ꝙ hoc individuum non sit hoc hoc est qꝛ alia pars materie est in hoc ꝙ in alio. ꝗ̃ materia nõ habet dese ptes nisi per quãntitatꝫ. ergo quantitas est causa multitudinis individuorum.

**Ad ratões · ad primaꝫ dicit̃** ꝙ sub vna ratione materia est pars spẽi ⁊ sub alia est pricipiuꝫ individuatiõis q̃a materia ꝑut accipitur in cõmum per intentiõeꝫ est pars spẽi. sed ipa considerata ꝑut est vltimuꝫ subiectuꝫ non receptibile in alio est pricipiuꝫ individuatiõis ⁊ non ꝑtinet ad ratiõeꝫ spẽi. Ad scđaꝫ dicitur ꝙ materia hẽt ꝙ sit hec. ⁊ nõ cõmunicabilis ꝗ̃m ꝙ est vltimuꝫ subiectuꝫ non receptibile in alio ⁊ ideo ꝗ̃m istaꝫ ratiõeꝫ ipa est incõmunicabil' ⁊ hoc non pertinet ad spẽi naturaꝫ. Dicit̃ scđo ꝙ spẽs habet ꝙ sit cõmunicabil' a formã. ⁊ a formã ꝗ̃m suam naturã. cõmunicabil' est huic materie vel illi. hoc ẽ ꝗ̃m ratiõeꝫ ꝑut .s. ipa accipitur ve' cõmune q̃odaꝫ. Dicit̃ tertio ꝙ in quocunqꝫ est materia illud est in re singulari Unde species non est nisi in singulari sed verum est ꝙ materia considerata in cõmuni ꝑtinet ad spẽꝫ ⁊ hoc modo nõ est singlariuꝫ. Ad tertiã dicit̃ ꝙ bene probat ꝙ materia in se considerata non est pricipiuꝫ individuatiõis siue multitudinis individuoꝝ. sed per quãntitatem ⁊ hoc est pro quarta cõclusiõe. Dicit̃ vlterius ꝙ ꝑpria ratio individui est ꝙ sit indivisuꝫ in se ⁊ divisuꝫ a quocũqꝫ alio hec aũt ẽ ratio vni⁹ individui ab alio. Sed ratio individui est ꝙ sit incõmunicabile. ⁊ iteruꝫ cuꝫ est vnũ individuuꝫ in vna spẽ non est distinctio vni⁹ individui ab alio. Unde individuuꝫ dicit idivisionem que est in ꝑtes subiectivas ⁊ hoc sibi cõuenit per materiaꝫ. Ad quartam cõceditur ꝙ individuuꝫ habꝫ esse formãle per formãꝫ ꝗ̃ hoc ipm ꝙ individuũ sit ꝑ se subsistẽs cõuenit sibi per materiã. Ad q̃ntaꝫ dicit̃ ꝙ duplex ẽ distĩctio. q̃dãꝫ est distĩctio formãlis qua individuuꝫ vni⁹ spẽi formãliter distiguitur ab individuo alteri⁹ spẽi ⁊ hec distĩctio specifica ẽ per formãꝫ. Alia ẽ divisio materialis q̃lis ẽ in individuis vni⁹ spẽi ⁊ hec est per materiaꝫ signatoꝫ. Ad sextaꝫ illa ratio ẽ pro quarta cõclusione. Ad auctoritates philosophi dicẽduꝫ ẽ ꝙ materia signata pricipiuꝫ est' individuatiõis. Vel dicẽdum ad sextam quando dicit̃ ꝙ mã habet ꝑtes per quãtitatꝫ. dicit̃ ꝙ habet ꝑtes per divisiõeꝫ factaꝫ ab agẽte mediãte q̃ntitate que ꝑcedit q̃tuꝫ ad fieri ipm individuuꝫ ⁊ illa non est pricipiuꝫ individuatiõis cuꝫ ipm precedat ⁊ non habet ꝑtes neqꝫ dividitur materia per q̃titatꝫ que seqtur individuuꝫ ⁊ introductiõeꝫ forme substãtialis in materia ymo ãte adventuꝫ formẽ substãtialis materia est divisa ⁊ iam habet partes. Ad septimã dicit̃ ꝙ non est eadẽ materia ꝗ̃m esse in gñato ⁊ corrupto. esse enꝫ materie certificatur per q̃ntitatꝫ mõ impossibile est vnã materiaꝫ esse sub plurib⁹ formis ⁊ ꝗ̃m easdẽ dimensiones. vel sub eadem quantitate et sic est finis septimi methaphisice.

Circa octauū librū methaphisice aristotelis queritur primo. Utrum materia ⁊ forma sint principia omniū substantiarum sensibiliū. Et arguitur primo ꝙ non de materia quia celū est sensibile ⁊ tamen in eo non est materia ergo ⁊c. minor probatur tribus. Primo quia omne habens materiā est corruptibile quia natura materie est vt per ipsam contingat aliquid esse ⁊ non esse vt patz. septimo huius Sed celū est incorruptibile ergo non habet materiam. Secūdo arguitur sic transmutatio substantialis ducit nos in cognitionem materie septimo huius ⁊ primo phisicorum patz. Sed in celo solum est mutatio localis cuius subiectū est actu existens non autem in celo est trāsmutatio substantialis cuius subiectum est materia. Arguitur sic tertio. de forma quia quecūqz sunt distincta deus potest seperare ⁊ separata conseruare sed materia ⁊ forma sunt distincta secūdum essentiam ergo potest esse materia que est altera pars compositi sine forma In oppositū est philosophus pro responsione

Est primo sciedū ꝙ postquā aristoteles in septimo determinauit de substantia secundum considerationem logicalem .s. determinādo de diffinitione per quā explicatur ipsiū quod quid est et de partibus diffinitionis. nūc in isto octauo determinat de substantia per propria principia essentialia ostendendo ꝙ materia ⁊ forma sūt principia substantiarum sensibilium. Secūdo ē sciendū ꝙ substantia aliter dicitur de materia aliter de forma ⁊ de composito. materia enim dicitur substantia non ꝙ sit ens actu vel hoc aliquid secūdum se. sed quia est potentia hoc aliquid ⁊ non est ens actu Forma autē dicitur substātia quia est qua aliquid dicitur ens actu ⁊ hoc aliquid. Cōpositū autē dicitur substātia quia illius solius est esse ⁊ actio generatio ⁊ corruptio. Et iterum differunt materia. forma. ⁊ compositum. quia compositum est separabile .i. potest seperatim per se existere. formā vero est separabilis a materia. non secundum rem sed secundum rationem quia forma potest intelligi sine materia loquēdo de forma que est altera pars compositi. Sed materia non est separabilis a forma nec secundum rem nec secundum rationem. nō secundum rem quia esse materie est a forma. Unde repugnat materiā esse sine forma. nec secundum rationem quia materia solum intelligibilis est per analogiam ad formā. primo phisicorū. vnde materia nō potest intelligi nisi in habitudine ad formā nam materia nō est separabilis secundum rationē a forma

Conclusio prima. in omnibus substantijs sensibilibus est materia. probatur. quia omnes substantie sensibiles sunt mobiles. sed in omni eo quod mouetur subiectum necessario est materia. probatur minor quia in omni trāsmutatione oportz esse subiectum commune quod substatur vtrīqz termino generationis siue mutationis vt patz inductiue in loci mutatione est subiectum quod nunc est hic nunc alibi In augmentatione est subiectum quod nūc est sub parua quātitate nūc sub magna. Similiter in generatione est subiectū quod nūc subicitur forme nunc priuationi

Aduertendū ꝙ vbicūqz sunt generatio ⁊ corruptio ibi sunt alie mutationēs sed non oportz ꝙ vbi sunt alie mutationēs ibi sit corruptio ⁊ generatio vt patz in celestibus vbi est loci mutatio ⁊ alteratio secūdū illuminationē ⁊ tamen in ipsis nō est generatio nec corruptio

Secūda conclusio. in substātijs sensibilibus est forma. probatur sic quia esse est actus entis vnde impossibile est esse ens nisi habeat esse sed esse est a forma. ergo omne quod est vel est forma vel est habens formam sed substantie sensibiles non sunt forme tātum cum in ipsis sit materia per conclusionem precedētem. ergo habent formā Ex dictis patz falsitas opinionis cōmentatoris ponētis in celo non esse materiam quia celum est mobile. ergo habz materiam. Secundo omne quod est substantia ē forma vel materia vel compositum. Sed celū non est forma tātū. tum quia forma simplex non est subiectū motus cū sit indiuisibilis. Tum quia si celū esset forma simplex esset actu intelligibile ⁊ non sensibile nec est materia tātū quia materia non est separabilis a formā. ergo est cōpositū ex materia ⁊ formā

Tertio sic quantitas cōsequitur formā corporeitatis forma autem corporeitatis est prius ⁊ prius actus materie sed celū habet quātitatem

ergo hēt mī3. Ad idē3 pro ista pte sūt tho//
mas 7 egidi⁹ de roma qui m o ffcrūt nī sic
q2 licz ambo ponāt ma3 in celo tamē diffe
rūt iā3 egidi⁹ poit mafiā c.li sic eiusdē ra
tiois cū3 mā gñabiliū 7 corruptibiliū. sāc
tus thomas ponit ea3 esse alteri⁹ rationis
Primo qu a corruptibile 7 incorruptibile
differūt genere phisico. gen⁹ autē3 phisicū3
sumitur a mafia. sed celū est incorruptibile 7
hec inferiora sūt corruptibilia. ergo alia est
mafia inferiorū 7 celi. Secūdo q2 quorū//
cūq3 materia est eadem illa sunt ad inuicē3
transmutabilia primo de gñatione. sed celū
7 ista inferiora non sūt transmutabilia ad
inuicem. ergo illoꝝ non est eadem mafia
propter istas rationes cū3 opp mō sancti
thome standū est Ad rationes Ad pri//
mā dicitur ꝙ omē habens mafiā in priua
tioni admixtā ad formā3 substantialē3 est
corruptibile 7 de tali intelligitur dictū3 aris//
totelis. celū autē solū hab3 mafiā admix//
tam priuationi ad vbi. et non ad formā in
substātialē3. Probatur q2 forme celi 2 pfi
ciūt pfectione termi et potestatē mafie celi
Ad secūdā d.cif ꝙ in habentib⁹ mafiā
gñalem 7 subiectā3 gñationi 7 transmuta
tioni ptransmutationē venim⁹ ad cogni//
tionē mafie. sed celū non hebet talē3 ma//
teriam. Dicitur secundo ꝙ ex motu locali
celi ostenditur celum esse corpus quia esse
cptum p̄supponit materiā et ex cōsequenti
ostēditur ꝙ in celo est materia. Ad ter//
tiam dicif ꝙ auctoritas tenet in absolutis
7 non in hijs quoꝝ vnū habet depēdētiā
ad alterū3. vlterius dicif ꝙ impossibile est
materiam esse sine aliqua forma. pz primo
ex illo quod ante dictū est. quia mafia nō
est sepabil'a forma nec sm rem nec sm ra//
tionē. Secūdo quia esse est actus entis
vnde impossibile est aliqd esse ens nisi per
esse. sed esse materie est a forma ergo impossi
bile est esse materiā sine forma. vt materia
solū dicif ens q2 est in potentia ad esse ac//
tu vnde secluso esse impossibile est mafiā3
esse. Ex quo potest inferri per nullā potētiā
fieri. ꝙ materia sit sīe forma. quia hoc inc ll
dit cōtradictionem Et si obiiciatur per dei
potentiā accidens potest esse sine subiecto
ergo per potētiā3 dei materia potest esse sīe
forma. negatur cōsequētia. q2 materia so

lum est potētia 7 ideo non est sed tū o actu
Accidēs aut est actus quidā 7 ideo deus
supplendo vicē3 subiecti potest facere acci
dens sine subiecto. ꝙ aut per potentiā dei
mafia non sit sine forma. hoc nō est ex ipsa
impotentia dei. sed quia hoc non est possi//
bile fieri cum includat cōtradictionem

## Queritur secundo. Utrum

species vel forme reꝝ se habeat sicut nūeri
Arguitur ꝙ non quia in nūēis pceditur
in infinitū. sed species reꝝ sunt finite 7 deter//
minate ergo 7c. Secūdo sic vnaqꝫ spēs re
rū est vna per aliquā formā vna. sed nūerus
non est vnus simpliciter. sed solū est vnus
collectione vnitatum. ergo species rerum
non se habēt sicut nūeri. Tertio sic alique
species reꝝ sine forme suscipiūt magis 7
min⁹ vt qualitas. Et tamē nūeri non susci
piunt magis 7 minus ergo in oppositum
est aristoteles in hoc libro pro solutione.

## Sciendum primo ꝙ postꝙ

aristoteles ostendit ꝙ substātie sensibiles
sunt cōposite ex mafia. et forma. cōsequēt
inquirit de principio formali. et q̄a plato
precipue determinat de principio formali
ideo aristo nl' p̄cipue determinat de principio
formali quātitatis iuxta ea que plato attri
buebat ipsis forme. plato enī cōpat formes
ad species. et species ad nūeros. primo er
go videbitur de cōpatione formarum ad
species. Secundo de cōparatione forma//
rum ad numeros Circa primum

## Secundo sciendum ꝙ plato

quattuor attribuit forē per cōpatōe3 ad
sp̄s. primū est ꝙ res spēi significat formā
tantū. et non cōpositū ex materia 7 forma
Secūdum est ꝙ forma est aliqd p̄ter pt.s
mafie. Tertiū est ꝙ forme sūt ingñabiles
7 incorruptibiles. Quartū est ꝙ forme sūt
separate sm esse a sensibilib⁹. Quo ad pri//
mū dicitur ꝙ nomē speciei in sensibilibus
non significat formā3 tantū3 sed cōpositum
ex materia 7 formā. vt animal non idem est
ꝙ anima sed est anima in corpore 7 est cōpo
situ ex anima 7 corpore. vnde pz ꝙ diffini
tiones substantiaꝝ sensibiliū non solū de//
bent dari per formā. sed per formā 7 mafiā3

## Tertio est sciendum ꝙ si spēs

in sensibilib⁹ essꝫ forma tātū. tūc idem essꝫ

entia 7 anime esse. sed si species in sensibilibus non .s. forma tantum. sed compositum ex materia 7 forma tunc nō erit idem quod quid est cum eo cuius est. vt non est ideʒ homo 7 hominis esse. ratio huius tunc tacta in septimo. Quo ad secundum arguitur quia forte est aliquid preter partes materie sicut sillaba non solum est litera ex quibus componitur sed aliquid aliud quod est forma .s. compositio 7 ordo literarum 7 ista forma est aliquid preter partes materie quod non est sic intelligendum ꝙ forma sit separata secundum esse a partibus materie. Quo ad tertium dicitur ꝙ si ponerentur forme separate a materia ille secūdum naturam suam sunt ingenerabiles 7 incorruptibiles per se 7 per accidens patet quia ad formam sequitur esse 7 ideo forma semper est in se 7 non corrumpitur nisi talis indigeat deferente sicut esse formaruʒ naturaliuʒ quod indiget materia tanquaʒ deferēte quia non in se subsistunt cuʒ ergo ad formas separatas sequitur esse 7 illud esse non indigeat deferente cum sint subsistentes sequitur ꝙ secūdum suam naturā perpetue sunt. Sed forme que sunt in materia per se generabiles 7 corruptibiles de se nō sunt. sed generatio 7 corruptio eis cōtingit per accidens quia gñatio 7 corruptio supposito cōueniunt per materiam vt ostensum est in septimo huius sed compositum quod dicit formam solum non corrumpitur sicut nec forma. Sed cōpositum singulare gñatur 7 corrumpitur. Quo ad quartum ostēsum est in septimo huius ꝙ impossibile est ponere ydeas separatas q̄ sint quidditates vel essentie sensibiliuʒ vt impossibile est ponere ydeam hoīs a sensibilibus particularibus hominibus separatam 7 hec de isto articulo

**Quo ad secūdum sit hec cō**clusio species vel forme rerum assimilantur numeris in quattuor. Primum est quia sicut numerus diuisibilis est. 7 tamen resoluitur ad aliqua indiuisibilia .s. ad vnitatem que est indiuisibilis in spēs ita diffinitioēs diuisibiles non sunt in infinitum sed resoluuntur ad aliqua indiuisibilia .s. ad vnitateʒ que est indiuisibilis verbi gratia diffinitio hominis diuisibilis est in genus 7 differētiam 7 an' animal 7 racionale. Ulterius diffinitio animalis resolubilis in animatum 7 sensibile sed non prosequitur in infinitum sed est status in aliquo quod nō est diuisibile in genus 7 differentias · sed est simplex sicut substantia. Secūdum in quo assimilatur numeri est quia sicut in nuēris addita vel substracta vnitate variatur numeri species. ita addita vel substracta vna differentia variatur diffinitio 7 quod q̄d erat esse speciei vt substantia animata sensibilis est diffinitio animalis. 7 si addatur rationale non erit diffinitio aialis sed hominis 7 si ab ea auferatur sensibile erit diffinitio corporis quia vltima differentia dat speciem diffinitioni. 7 vnitas dat speciē numero. Tertium in quo assimilatur est q̄a sicut numerus est vnus per vltimaʒ vnitatem que dat speciem numero ita et diffinitio que componitur ex gñe 7 differētia est vna per differentiam que est finis 7 cōplementū diffinitionis. 7 similiter substantia composita ex materia 7 forma est vna per formaʒ que dat speciem rei. Ex quo patet ꝙ numerus nō est vnus sicut indiuisibile est vnuʒ cum componatur ex multis vnitatibus nec etiam est vnus per collectioneʒ sicut aceruus lapidum 7 sic non esset vnius nature nec vnius speciei sed est vnus per formam vnam .s. per vltimam differentiam seu vnitatem que est forma numeri 7 que dat numero speciem. Et similiter substantia composita ex materia 7 forma non est vna sicut indiuisibile similiter non est vna sicut per collectioneʒ materie 7 forme. sed est vna per formam que facit per se vnuʒ cum materia 7 dat speciem rei. Quartum in quo assimilatur est quia sicut numerus non suscipit nec magis nec minus eo ꝙ numerus sistit in aliquo vno determinato cum si aliquid addatur vel substrahatur variatur species numeri. ita species vel forma secūdum se non suscipit magis 7 minus ymo aliquo addito vel substracto variatur species. sed si forma suscipiat magis 7 minus hoc est ex parte materie in qua suscipitur vt albedo non suscipit nec magis nec minus.

**Ad rationes ad primam di**citur ꝙ in nūero non prosequitur in infi-

initum secundum potentiam ad alias ptz solutio.

**Queritur tertio.** Utrum accidentium sit materia. Arguitur ꝙ sic. Illorum est materia que sunt ad inuicē transmutabilia sed omnia accidens transmutatur in aliud sibi contrarium vt calidum ⁊ frigidum ergo accidentium est materia. In oppositum est aristotiles. pro responsione

**Est primo sciendum ꝙ quantū ad vnū cōformiter ad textū ponuntur aliq̄ ppositiōes.** Prima est ꝙ omnium transmutabilium ad inuicē eadem est materia prima licz tamen materie proprie sint diuerse. est tamen materia vna non per aliquam formam vnā sed per carentiam dictionis sicut alia est materia flemmatis alia colere Nam propria materia flemmatis est dulce ⁊ colere amarum sed tamē materia prīa est eadē. ista ppositio fuit declarata in libro phisicorum ⁊ de generatione. Secūda ppositio licz omnium gñabilium ⁊ corruptibilium sit eadem materia prima tamen sunt diuersa entia. Tum ppter diuersitatem efficientium. tum propter diuersitatem proprie materie nam alia est propria materia vnius alia alterius. Et licz eadem sit materia equi ⁊ asini tamē qz agentia sunt diuersa ipsa sunt diuersa. Tertia ppositio. cum eiusdē sint plures cause querendo essentiam alicuius non debet responderi vna causa tātum sed omnes vt si queratur q̄ est causa hōis nō bene respondetur ignis vel terra sed debet respōderi causa materialis que est menstruū. ⁊ causa effitiēs est sperma quod mouet generationem in quantum est in eo virtus agentis. causa formalis est quodquid erat hominis causa formalis potest dici forma hominis q̄ est finis generationis vel opo que est felicitas. est finis vt generate.

**Sciendum secundo ꝙ non** solum debet responderi per causas remotas quia per eas nō habetur cognitio nisi in vniuersali. sed etiam opportet dicere per causas proprias per quas habetur cognitio perfecta ⁊ completa vt si queratur que est materia hominis non bene respondetur ignis vel terra sed oportz respondere menstruū. Quarta ppositio in corruptibilibus supra celestibus que sunt perpetua non est materia vel est alterius rationis a materia istorum inferiorum loquēdo de materia que est subiectum generationis. ⁊ in potētia ad priuationem. ideo materia celi est alterius rationis a materia generabilium ⁊ corruptabiliū quia in celo non est materia generabilis sed materia mobilis ad locū. ⁊ hec ppositio superius est declarata. Quinta ppositio ⁊ respōsalis cōclusio accidentiū nō est materia ex qua. sed bene materia in qua que dicitur subiectū. Probatur prima pars quia accidētia sunt forme simplices vt alt cdo ingredo ergo nō habent materiam ex qua. Probatur secūda pars quia esse accidentis est in subiecto ideo sequitur ꝙ habent materiam in qua que proprio nomine dicitur subiectum.

**Aduertendum est tamen ꝙ** materia ⁊ subiectum in aliquo conueniunt ⁊ in aliquo differūt. Cōueniunt in hoc ꝙ vtrumqz habet modum recipiētis sicut enim materia recipit formam ita subiectū accidens. Differunt in hoc quia materia habz esse actu per formam quam suscipit vnde a forma suscipit esse simpliciter. subiectum autem non habet esse ab accidente quod suscipit sed accidēti dat esse. Secūdo probatur ppositio a posteriori quia que sunt composita ex materia per se possunt fieri ⁊ corrumpi sed forme sue essentiales siue accidentales non possunt per se fieri aut corrumpi ergo non habent materiam ex qua. Probatur minor sicut forma equi non fit compositum ex materia ⁊ forma. ita album quod significat formam non fit albus homo vel lignum album. Sexta ppositio materia nō est equaliter in potētia ad ambo cōtraria sed prius se habet potentia ad contrarium quod se habet per modū habitus ⁊ forme ⁊ per posterius ad cōtrariū quod se habz per modū priuationis ⁊ corrumpētis sicut cor animalis prius est in potentia ad sanitatem que se habet per modum habitus quam ad egritudinem que se habet vt priuatio sanitatis. Ad ratōnem ante oppositum dicitur ꝙ accidentia non sunt simplicia sed composita ex subiecto ⁊ accidente vt visum est. Dicitur etiam ꝙ bene

probat accidentia habere materiã in qua sed non ex qua.

**Queritur quarto.** Utrum ex materia ⁊ forma fiat vnũ per se. Arguitur primo ꝙ non quia ex pluribus diuersis non fit vnum totũ nisi tale sit vnum per aggregatõez. sicut cumulus lapidũ aut nisi ea ex quibus fit vnatio per aliqđ mediũ. sed materia ⁊ forma sunt diuersa secundum rem. ergo compositũ ex materia ⁊ forma erit solum vnum per aggregationẽ aut oportet aliquod dare mediũ inter materiam ⁊ formã vniens. Et quodcunqꝫ dicatur ex materia ⁊ forma non fit vnum per se. Secundo sic si ex materia ⁊ forma fieret vnũ per se hoc esset. quia materia se habet vt potẽtia. ⁊ forma vt actus ⁊ ex actu ⁊ potentia fit vnum per se. Sed contra quia subiectũ se habet vt potentia respectu accidẽtis. accidẽs sicut actus. Et tñ ex subiecto ⁊ accidẽte non fit vnũ per se sed per accidens ergo. Tertio sic actus ⁊ potentia sunt prime differẽtie entis. ⁊ ens secũdũ quodlibet predicamẽtũ diuidit in actũ ⁊ potentiã vt patebit nono hui⁹ sed differẽtie diuidẽtes aliquid per se nõ conueniunt ad cõstitutionẽ ergo ex actu ⁊ potentia non fit vnum per se. In oppositum est aristoteles.

**Pro responsione est primo** sciendum ꝙ sicut recitat Albertus circa presentẽ materiã fuit triplex opinio. Quidã enĩ volẽtes seruare ꝙ cõpositũ ẽ vnũ dixerũt ꝙ forma ⁊ materia non differunt secũdum essentiã sed sunt idem essentialiter. Secundus error est dicẽtium compositũ non esse per se vnũ sed per aggregationẽ sicut cumulus lapidũ. Tertius error est dicentium materiam ⁊ formam vniri non esse se ipsis. sed per aliquod medium sicut lignum cõiungitur ligno per cauillam vel per aliqđ aliud ⁊ isti errores proueniunt ex eo ꝙ credebant materiam ⁊ formam esse entia in actu. Cum ergo ex duob⁹ in actu non possit aliqđ per se fieri nisi per aliqđ vniens eos. oportet dicere ꝙ aut materia ⁊ forma non essent plura sed vnũ sicut de prima opinione. aut ꝙ ex materia ⁊ forma non fit vnũ per se. sed per aggregatõez sicut de secũda opinione. aut ꝙ sit aliquod vniens materiã ⁊ formam sicut de tertia opinione. Prima opinio est falsa. tum quia materia manente eadem in corruptione ⁊ generatione. vna forma abiicitur ⁊ alia generatur. vnde patet ꝙ materia ⁊ formã nõ sunt idẽ essentialiter. Tum secũdo qꝛ si materia ⁊ forma essent idẽ essentialiter nulla esset substãtia composita sed omnes substantie formate tãtũ. Tum tertio quia materia est aliqđ quod est in potentia ⁊ forma actus. vñ relinqtur ꝙ materia ⁊ forma non sint idem essentialiter. falsitas secũde ⁊ tertie patebit ex deductione conclusionis. sit hec prima

quodquid est. ideo differentia sientiarũ
debet sumi secundum diuersum mo//
dũ diffiniendi. quia phisicus considerat
a in quorum ratione motus ponitur 7
materia sensibilis. sciã mathematica est
de eorum quecabstrahũt a motu 7 a ma//
teria sensibili. vnde diffinitio phi. est sicut
diffinitio sym. sed diffinitio mathematica.
est sicut curui in qua non poniẽ materia
sensibilis. sed materia intelligibil' vt dic//
tum est in septimo hui⁹ sed in diffinitione
sym ponitur materia sensibilis 7 motus
Ulterius est sciendum ꝙ metha. sientia
differt ab alijs particularibus in tribus

primo in materia separabil' quia phi. con//
siderat ea que concipiũt motũ 7 materia
sensibil. 3 sm rem 7 cõsiderationẽ. ideo
cõsiderat entia mobilia omne enim habẽs
materiã est mobile 7 econuerso. mathe.
autem considerat ea in quorũ diffinitiõe
non ponitur materia sensibilis. 7 tamen
sm esse sunt coniuncta materie sensibili 7
ideo considerat ea que sunt immobilia
prout cadunt in cõsideratiõe mathema.
mathe. autem cõsiderat ea que sunt pe//
nitus separata sm rem 7 diffinitionẽ 7
hec penitus immobilia sunt. Ex hijs pz
ꝙ tria sũt genera sientiarũ speculatiua
.s. phisica. methaphisi. 7 mathematica.
Differt secũdo sciẽtia vniuersalis a parti//
cularib⁹ dignitate. 7 nobilitate. q̃a sciẽ//
tia dicitur dignior aut deterior secũduz
propriũ gen⁹ subiectũ sed metha. est circa
obiectũ nobilissimuz .s. circa omnia 7 sic//
parata ergo ipsa est dignior 7 honorabi
lior. Tertio differt metha. ab alijs in vni
uersitate subiecti quia alie sciẽtie sũt circa
aliquod genus entis determinatum vt
pz de math. q̃ est circa quãtitatẽ. 7 phi.
que est circa res mobiles nisi forte dice//
tur secundum oppinionem aliquorum
ꝙ substantie sensibiles sint priẽ substãtie
7 ꝙ pter eas non sint alie substantie. sed
hoc ostenditur esse falsum in sequentibus
metha. aut cuz non cõsideret de aliquo
ente in particulari s de ẽte in comuni. Naz
ad eandez sientiaz pertinet determinare
de ente in comuni 7 de entibus penitus
seperatis q̃ sũt prĩa pricipia omniũ entiũ
7 sic pz ꝙ metha. est sientia vniuersalis

**Ad rationes· ad primaz di//**
cẽ dupliciter accipiẽ ptic'lare. Uno mõ
ab solute vt idez est ꝙ singulare vel indi//
uiduũ 7 sic nulla sciẽtia est singularis siue
particularium. Alio modo particulare di//
citur in respectu prout idez est ꝙ minus
vniuersale 7 sic aliq̃ sientia est particula//
riuz. Ad sc'dz dicẽ ꝙ necesse est aliquã
sientiaz esse que cõsideret de ente in co//
muni 7 de hijs q̃ per se insunt enti. Naz
ab q̃ conueniunt enti inq̃ntuz est 7 nõ hoc
vl' isti enti ideo nõ sufficiũt sciẽtie ptic'la//
res. s pter eas oportz esse sciẽtiã vniu'salẽ

Ad tertiu3 dicitur q scientie particulares secundum materiam sunt partes scientie universalis sed non secundu3 forma3 na3 ea que cõsiderantur in scientijs particularibus possunt dupliciter considerari. vno modo naturaliter ꝛ sic sunt partes entis de quibus cõsideratur in methaphi. que sunt entia quedam. Alio modo possunt considerari formaliter ꝛ secũdu3 ꝓprias ratioẽs ꝛ sic non sunt partes entis ymo est alia ratio entis inquantum ens ꝛ huiꝰ vel illius entis.

**Queritur quinto. Utrum** aliqua scientia consideret de ente per accidens. Arguit q sic quia in sexto huius philosophus considerat de ente per accidẽs. ꝛ similiter sophiꝰ. quia cõsiderat de talibus accidentibus. Secũdo sic metha. cõsiderat de ente. ergo cõsiderat de ente per accidẽs. Tertio sic ratio siue diffinitio est principiũ scientie. sed entis per accidens est diffinitio. ergo eius est scientia. In oppositum est aristoteles pro solutioẽ suppono primo. q aliud est accidens. aliud est ens per accidens. Accidens enim est quod cõtinetur sub aliquo genere determinato vt albedo nigredo. vnde de huiusmodi accidente multe scientie considerãt eo q habet aliquã speciem ꝛ causam determinatam. sed ens per accidens accipitur secũdum compositiõem vnius cum altero quia. s. vnũ in est alteri non per se sed per accidẽs vt albu3 musicũ ꝛ de huiusmodi ente per accidẽs. nulla scientia cõsiderat. quia habet causas indeterminatas per speciem. Secũdo supponitur q ens per accidens potest dupliciter considerari. vno modo secundum rationem vel diffinitionem entis per accidens ꝛ sic de ente per accidẽs potest haberi scientia quia ratio entis per accidẽs est nobis nota. Alio modo accipitur ens per accidens pro illo quod est ens per accidens ꝛ hoc modo hic loquimur de ente per accidẽs.

**Prima cõclusio de ente per** accidens non est nec esse potest scientia probatur inductiue. ars enim edificatoria non cõsiderat quicquid accidit domui vt si habitantes in domo ducant vitam tristem vel prosperam. nec ars calciatoria considerat ea que accidunt calciamento sed ꝓprius finis cuiuslibet scientie est cõsiderare suum proprium subiectum ꝛ ea que insunt suo subiecto. Secundo probatur triplici ratione. prima oĩs scientia est de ente. sed ens per accidens non est proprie ens nec proprie vnum. ergo minor probatur quia gratia exempli capiatur illud ens per accidens gramaticũ musicu3 ꝛ ponatur q aliquis prius existens musicus efficiatur gramaticus tunc sic arguitur entis quod modo est ꝛ non semper fuit est generatio. s. a hoc totum musicum gramaticũ modo est ꝛ prius non fuit. igitur huiusmodi erat aliqua generatio quod factũ est quia musicus prius existebat ꝛ solum factum est gramaticus. Sed arguitur quia per eandem rationẽ probaretur q ex materia nõ fieret ens neq3 vnũ quia materie ꝛ forme non est simul generatio cum preexistat materia que est ingenerabilis ꝛ incorruptibilis. Ad hoc dicit q forma non fit sed totum compositum vt ostensum est in septimo huiꝰ quod quidam totum prius fuit in potẽtia ꝛ post ea totum factum est in actu. dicitur etiam q materia non preexistit actu ꝛ tamen intelligitur in predicto argumento q musicu3 preexistit actu sed materia solum preexistit in potentia. vnde non sequitur quin ex materia ꝛ forma fiat vnum vel ens. Secunda ratio est eorum que sunt ex necessitate vel vt in pluribꝰ est scientia vt ostẽditur prio posteriorum. sed ens per accidẽs non est ex necessitate nec vt in pluribꝰ sed raro. igitur de ente per accidẽs non est scientia a breuiter.

**Sciendum q cum ens per ac**cidens sumitur secundũ compositiõem vnius cum altero q aliqua possint coniungi ad inuicem dupliciter. vno modo q vnum sit causa alterius vel q ambo reducantur ad aliquod tertium. quod est causa illorum ꝛ si tale non sit impeditum inerit effectus vt in pluribus. Secundus modꝰ est quãdocunq3 illa que cõiunguntur sic se habent q vnu3 non est causa alterius nec reducitur ad aliquod tertium q sit causa illorũ ꝛ tale est ens per accidẽs

dicunt entia q᷑ sunt ẽtis q᷑. s. passiões sũt vel dispositões mot⁹ vel habitus substã tie q̄ pricipaliter est ens. sic est de sano z medicina que analogice dicunt.

**Prima cõclusio. si ens dicat** pure equoce de oĩbus ẽtib⁹ nõ esset sciẽtia q᷑ sciẽtia vna ẽ vni⁹ subiecti ꝫ si ens dice/ ret pure equoce nõ esset gen⁹ r nũ. ergo nõ esset sciẽtia vna z loquit̃ hic de gñe subili z non p̃dicamẽta'l q᷑ ens dicit̃ ab' analogice de omnibus entib⁹ z per reductõnez ad aliquod vnũ subiectũ vt est declaratũ ergo sequit̃ ꝙ de oĩbus est vna sciẽtia Aduertendum est tñ ꝙ illud cõmune ad quod fit reductio omniũ est ens vel vnũ z non refert dicere ad quod illorũ. ptʒ q̄a si vnũ differt ratõe ab ente tñ realiter con// uertitur cum eo quod quid enĩ est ens est vnũ z ecõuerso. z ideo non est vis ad quõ illorũ sit reductio. Est etiaʒ aduertẽdũ ꝙ sicut omniũ entiũ est reductio ad vnum ita est reductio omniũ cõtrarietatum ad vnã siue huiusmõi cõtrarietas sit vnum z plura siue similitudo z dissimilitudo siue quecunqꝫ differentie entis. Est etiam

**Notandum ꝙ sicut dictum est** vnius sciẽtie est speculari cõtraria. cuius ratio est q᷑ vnũ cõtrariũ se habet vt priuatio respectu alterius modo priuationis z habitus est eadem sciẽtia. Sed aliq̄s ar// gueret. ꝙ non aliq̄ndo quodlibet vnum corũ dicatur fm̃ priuatõnem ad illud tñ q᷑ in q̄busdam est mediũ z in priuatiue oppositis nõ est mediũ ergo non semper vnũ cõtrariorum dicit̃ fm̃ priuatõem alterius. Ad hoc dicendũ ꝙ alio mõ vnũ cõtrarium priuat aliõ z priuatio habitũ Nam vnũ contrariũ est priuatiuũ alteri⁹ nõ ꝙ priuet totã ratõem sui cõtrarij ꝫ q᷑ priuat ratõem cõpletam sui cõtrarij vbi gratia iustus dicit̃ qui fm̃ habitũ vtutis est obediẽs legib⁹. iniustus aũt dicit̃ nõ qui omnino caret iustitia ꝫ qui in aliquo iustitia deficit. Et ppter hoc int̃ cõtraria est mediũ. sed priuatio priuat ratõem sui habit⁹ vt cecitas priuat totã ratõem vi// sus. z ideo inter priuatiue opposita non est medium.

**Secunda conclusio. sciẽtia** que cõsiderat de oĩb⁹ entib⁹ ẽ metha.

probat̃ q᷑ si sciẽtia que cõsiderat de oĩ// bus entib⁹ non esset metha. tũc videret̃ esse phi. vel dya. eo quod scõm aliquos non ponentes nisi substantias sensibiles phi. cõsiderat oĩbus entib⁹. dya. etiam est sciẽtia cõmunis que cõsiderat cõmu// nes intentões cuilibet enti applicabiles ꝙ aũt phi. z dya. non cõsiderant de oĩ bus entib⁹. ptʒ primo. non phi. quia phi. non cõsiderat entia inquantum entia sed inquantũ sunt cõiuncta motui z q̄ntitati/ bus sensibilib⁹. Dya. etiam nõ cõsiderat ens z accidẽtia entis. ꝫ cõsiderat ens ra// tõis quod per actũ intellect⁹ attribuit̃ rebus. vñ relinq̄tur ꝙ sciẽtia cõsiderans de oĩbus entib⁹ est metha. Ad ratões ad primã dicit̃ ꝙ ens non dicit̃ de oĩ// bus entib⁹ fm̃ ratões penitus diuersas ꝫ per attributõem ad aliquod vnũ vt dic tũ est. Ad scõam dicit̃ ꝙ analogũ non est ratio simpliciter vna sed fm̃ analogiã pro quãto est reductio pluriũ ad vnũ ad quõ est reductio hoc aũt sufficit ad sciẽtiã vt dicit̃ in primo posteriorum si subiectũ sit analogũ z passio. analoga. Ad aliã dicitũ est ꝙ illud vnũ ad quod fit reductio est ens vel vnũ. dicit̃ tñ ꝙ duplex potest esse reductio ad vnũ. vno mõ tanquã ad cõ mune analogũ z sic reductio omnium est ad ens vel vnũ. Alio mõ tanquã ad p̃n// cipale mẽbrum z hec est reductio omniũ ad substantiã tanquã ad principaliorem partem analogie.

**Queritur tertio. Utrum ad** metha. spectet cõsiderari pricipia prima demõstratõis. Arguit̃ ꝙ non q᷑ cõside// rare prima pricipia demõstratõis pertinet ad logicã illa enim disputat de pricipijs omnium sciẽtiarũ ergo non ad metha. Secũdo oẽs sciẽtie vtuntur principijs demõstrationis per ea nanqꝫ stabiliũtur pricipia omnium sciẽtiarũ. ergo cõsidera re prima principia demõstrationis non magis pertinet ad metha. quaʒ ad alias sciẽtias.

**In oppositũ est aristotiles** ad dubium ponitur cõclusio. cõsiderare prima principia spectat ad metha. in sua cõmunitate. probat̃ sic quia metha. habʒ ea cõsiderare in sua cõmunitate que non

cõsideranẽ in alijs sciẽtijs pticlarib⁹ nisi cõtrahendo ea, pl'cãdo ea ad aliquam materiã. sed cõmunia pricipia non cõsiderant in pticularibus sciẽtijs in sua cõmunitate. sed cõtracta ꝛ applicata ad aliquã materiam vt pꝫ primo de mathe. hoc eñ principiuꝫ si ab equalibus eqlia demas nõ si cõsideraẽ ab arismetrica. vl' geo. in sua comunitate. ſ; cõsideraẽ per applicatõeꝫ ad magnitudiẽs ꝛ ab arismetrica per applicatõeꝫ ad nuẽros ſ; vt est pricipiuꝫ in sua cõmunitate consideratur a methaphisico quod etiam pꝫ de sciẽtia naturali. natural' eñ cõsiderat principia ꝛ ꝓprietates entiũ non inq̃ntuꝫ entia sunt ſ; inquãtuꝫ mota. cõsiderare aũt pricipia entiũ inq̃ntũ huiusmõi spectat ad metha. Secũdo probaẽ cõclusio q̃ prima principia demõstratõis sũt digniores omib⁹ note ad hoc auẽ q̃ sint omib⁹ note opoꝫ ter q̃ cõstituanẽ ex termis cõmunib⁹ cuiꝰ sunt ens ꝛ non ens equale totũ ꝛ pars. ſ; cõsiderare huiusmõi termiõs cõmunes spectat ad metha. ergo ad metha. spectat cõsiderare prima pricipia demõstratõis

**Secunda cõclusio. inter pri**cipia demõstratõis est aliquod pricipiuꝫ .s. q̃ non cõtingit eidem ꝛ idem simul inesse ꝛ non inesse ſm idẽ. pꝫ quia sicut in incõplexis fit reductio vsq; ad aliqd vnũ pricipiuꝫ quod in omni alio includitur ꝛ illd est ens. ita incõplexis est reductio ad aliquod primũ pricipiuꝫ demõstratõnis ꝛ illud pricipiuꝫ .s. inesse ꝛ non inesse eidẽ ꝛc. cõstituitur ex illis. pꝫ q̃ cõstituitur ex istis termis ens ꝛ nõ ens. ens aũt ꝛ non ens sunt que primo cadũt in cognitione nostra ꝛ in omi alio intellectu. ergo illud est primũ pricipiuꝫ. Unde notãduꝫ est q̃ circa primũ pricipiuꝫ non cõtingit errare ꝛ hoc in mente nec etiaꝫ primũ principiuꝫ potest demõstrari simpliciter quia tũc demõstrareẽ per aliqd prius ꝛ notius ſ; potest demõstrari ad hominẽ sicut aristotiles demõstrat ipsum cõtra negantes ipsuꝫ pricipiuꝫ. verũtñ mẽ q̃ adducit q̃si easdeꝫ ratões cõtra negãtes ipsuꝫ sicut in q̃rto. ideo ratões sue pro nũc dimittunẽ

**Ad rationes ad primam di**citur q̃ dyalectic⁹ ꝛ methaphisic⁹ aliter cõsiderãt prima pricipia demõstratõis q̃a dyalectic⁹ habet ꝓbare pricipia demõst ratõis per ratões ꝓbabiles. methaphisic⁹ vero intẽdit ea ꝓbare ꝓcedendo ex ratõnib⁹ per se notis. Ad scdam dicit q̃ liꝫ pticulares sciẽ vtanẽ pricipijs demõstratõis non tamẽ vtunẽ ipis in sua cõitate ſ; applicatis ad aliquã materiã ꝛ etiaꝫ vtũtur eis quasi acceptis ꝛ supposi. tis ex sciẽtia methaphisice. Sequitur textus.

**Queritur quarto. Utrum** preter sciẽtias pticulares ponẽda sit sciẽtia vniuersal' ab alijs distincta. Et q̃ ipse supponit q̃ sit aliq̃ sciẽtia pticlaris ideo cõtra suppositũ arguiẽ q̃ omis sciẽtia est vniuersalium. sensus aũt singlariuꝫ vt habꝫ aristotiles. ergo nulla est part clar̃is. Secũdo sic cõtra q̃situꝫ q̃a ponẽdo sciẽtias pticulares sufficiẽter deternãtur de vtroq; ergo pter eas non est ponẽda sciẽtia vniuersalis añs ꝓbaẽ q̃a in phi. determinaẽ de entib⁹ motis cõmuniis ꝛ materie ſm rem ꝛ ratõeꝫ. sed in mathe. de cõmunctis materie ꝛ motu ſm rem ꝛ nõ ſm ratõeꝫ siue diffinitõeꝫ. ꝛ si in metha. determinaẽ de sepatis a motu ꝛ materia sensibili ſm rem ꝛ ratõeꝫ absq; hoc q̃ determineẽ de ente inquãtuꝫ ens erit sufficiẽter determinatuꝫ de vtroq; genere entiũ. Tertio sic si vniuersal' sciẽtia ponaẽ non erit distincta a sciẽtijs pticularib⁹ quia pars non distiguiẽ cõtra totũ ſ; sciẽtie particulares sunt partes sciẽtie vniuersalis. In oppositũ est philosophus pro responsiõe est primo

**Sciendum q̃ ad sciẽtias parti**culares ptinere videntur duo. primuꝫ est omis sciẽtia pticularis reqrit aliqua pricipia ꝛ aliquas causas esse circa ꝓpriuꝫ genus sensibile. notãter diciẽ aliq̃ pricipia ꝛ aliquas causas q̃ non omis sciẽtia pticularis cõsiderat omẽ genus cause vt pꝫ de mathe. diciẽ circa ꝓpriũ genus q̃ q̃libet sciẽtia pticularis attribuit sibi aliqd gen⁹ entis distinctũ ab alio gñe sibili vt patet de medicinã ꝛ nãli. Scdm ẽ q̃ q̃libet sciẽtia ꝓsupponit quodq̃d ẽ sui gñis subiecti ꝛ non inuestigat ipm ſm quod diciẽ primo posteriorum de subiecto cuiuslibet sciẽtie debꝫ presupponi q̃ est ꝛ quia est ꝛ ipso quodquid est vtitur tanquam me

7 sic ens per accidens est raro, ut cum dicitur musicus edificat. nam musica non est causa edificandi. Tercia ratio omnis scientia habetur per causam. patet per diffinitionem scire. scire enim est rem per causam cognoscere in primo posteriorum. sed entis per accidens non sunt cause determinate. vel per se sicut entis per se. ergo eius non est scientia. minor probatur. quia si entis per accidens essent cause per se 7 determinate. sequeretur q ens per accidens esset de necessitate. patet si ponatur q effectus cause contingentis sit posita causa in presenti vel in preterito. que quidem causa sit per se 7 tali posita ponatur effectus. cum ergo talis causa sit 7 ad causam de necessitate sequatur effectus. sequitur q futurum contingens vt de necessitate. Forte diceretur q causa effectus contingentis non est posita in present. nec in preterito. sed adhuc est futura. Sed contra q si causa sit futura erit futura in aliquo distanti tempore a tempore presenti ergo queretur de causa illius cause. vtrum sit in presenti, aut non. 7 tandem deuenietur ad causam que est in presenti cum ergo ad illam de necessitate sequitur effectus sequitur q omnis effectus futurus de necessitate erit ex predictis patet q cum ens dicitur de ente quod significat veritatem propositionis, uno modo 7 alio modo de ente per accidens de neutro horum spectat ad methaphisicum. non de ente quod significat verum propositionis quia tale ens est ens in anima. 7 metha. considerat ens extra animam. nec de ente per accidens q entis per accidens sunt cause infinite 7 inordinate.

**Ad rationes. ad primam dicitur** q bene probat q methaphisicus considerat ens per accidens sm eius communem rationem vel etiam considerat ens per accidens vt ipsum excludat a principali intentione huius scientie. De sophistica dicitur q quantum ad usum non est scientia sicut allegatur in textu vbi dicitur q sophistica versatur circa non ens. Ad secundam dictum est q ens per accidens non est ens proprie sicut nec vnum sed solum est ens secundum quid vltima ratio soluta est ex dictis. 7 sic est finis. p.

**Circa duodecimum** Utrum materia 7 forma sint principia substantie sensibilis omissis argumentis alias factis respondebitur per propositiones. Prima est ad mathaphisicam pertinet determinare de substantia, patet primo quia substantia est prior alijs entibus 7 est primum ens. vnde cum metha. consideret de ente, sequitur q habet considerare de substantia. Secundo quia substantia simpliciter dicitur ens. ens enim dicitur quod habet esse. substantia autem habet esse, ideo dicitur simpliciter ens. Alia vero vt quantitas qualitas huiusmodi non sunt simpliciter entia vnde non dicuntur entia quia sunt ens. sed q per ea aliquid habet esse. albedo enim dicitur ens quia per eam aliquid dicitur ens quia per eam aliquid dicitur album. Tercio quia nullum illorum entium separabile est a substantia ideo in consideratione substantie quodammodo clauditur consideratio illorum entium. Et quia antiqui philo. solum consideraverunt principia 7 causas substantiarum 7 non aliorum entium 7 hoc signum est q substantia principaliter cadit sub consideratione methaphisice. Secunda propositio tres sunt substantie. quedam sunt sensibiles 7 corruptibiles vt elementa 7 mixta ex eis. Quedam sunt sensibiles 7 incorruptibiles vt corpora celestia. alie sunt q nec sunt sensibiles nec corruptibiles vt substantie seperate. Nunc de substantijs sensibilibus videbitur 7 post ea de insensibilibus. Tertia propositio materia est in omni re sensibili. probatur sic q omnis substantia sensibilis est mutabilis. omnis autem mutatio est ex contrarijs aut oppositis. sed contrarijs oportet subesse materiam vel subiectum. Quod autem contrarijs oporteat materiam aut subiectum subesse patet ex duobus. Primo quia vnum contrariorum non fit aliud vt albedo non fit nigredo. vnde preter contraria oportet esse subiectum quod quandoque fit sub vno contrario quandoque sub alio. Secundo quia in omni mutatione est aliquid quod semper manet. i. materia vel subiectum 7 aliquid

quod non manet. s. vnum cōtrariorum. Quarta ppositio materia est de se in potentia ad vtrunqꝫ contrariorum nullum habens actū vt materia que est subiectū generationis ⁊ est de se in potentia ad terminū generatōis. s. ad formam vel priuationem. Et subiectum alterationis est de se in pot ntia ad contraria q̄ sunt termini alteratōis. Ex predictis pꜫ solutio dubij antiquorum qui sic arguebant quod fit fit ex ente aut ex nō ente. non ex nō ente qꝛ ex nichilo nichil fit nec ex ente. quia tunc aliquid esset antequā fieret. solutio pꜫ ex dictis. quia quod fit. fit ex ente in potētia non ex ente in actu. vnde non ens dicitur tripliciter. vno mō quod omnino nichil est. ⁊ de tali non ente nichil fit per generationem. Alio modo non ens dicitur ipsa priuatio que est per se non ens ⁊ ens per accidens ratōne subiecti in quo ē ⁊ ex tali nichil fit nisi per accidēs qꝛ. s. aliquid fit ex subiecto cui accidit priuatio. Alio mō non ens dicitur quod non est ens actu est tamen ens in potentia sicut materia vnde hoc modo ex non ente aliquid fit. Ex predictis pꜫ ꝙ licꝫ in omni sensibili substātia sit materia. alia est tamen materia in sensibilibus substantijs ⁊ sempiternis sicut in celis. ⁊ alia in generabilibus ⁊ corruptibilibꝰ. pꜫ quia per transmutationem ⁊ motū habetur cognitio materie. cum ergo substātie corruptibiles sint transmutabiles. quia in eis est materia in mixta priuationi ad formam. Substantie vero sensibiles ⁊ sempiterne solū sunt mutabiles ad vbi. vnde in eis forma est pricipium cuiuslibet substātie sensibilis hec ppositio de facili pꜫ. quia cum in substantijs sensibilibus sit materia materia autem non habꝫ esse nisi per formam. sequitur ꝙ forma est principium substantiarum sensibilium vbi

**Sciendū ꝙ differētia est inter** causas agentes ⁊ formam. qꝛ cause agentes preexistunt suis effectibus. sed forme nō sunt separate a suis effectibus. forma enim simul incipit esse ⁊ nō esse cum effectu. vnde simul est sanitas ⁊ homo sanatur vnde forme non preexistūt suis effectibꝰ licꝫ enī nulla forma sit ante productōē sui effectus nichil tamen prohibꝫ aliquā formam remonere post corruptionem compositi sicut anima intellectiua. Ex quo patent duo cōtra oppinionē auerroys de intellectu. Primum est ꝙ intellectiua anima nō est substātia separata. ymo secūdum aristotilem est forma hominis. Secūdum est ꝙ anima intellectiua non est ante corpus vel hominē licꝫ maneat post corrupto corpore. hoc autē non potest stare cum oppinione auerroys. Est tamen aduertendum ꝙ cum dictum est ꝙ formā non est separata a suo effectu intelligitur de formā que est altera pars compositi ⁊ nō de forma exemplari. forma exemplaris separata est quēadmodum causa efficiens.

**Queritur secundo. Utrum** sint eadem principia omnium. s. substantiarum ⁊ accidentium. Arguitur ꝙ non quia aut huiusmodi principia essent preter substantiam ⁊ alia genera. aut in genere substantie ⁊ alijs generibus. non primū quia nichil est quod sit in aliquo genere nec secūdum quia principia sunt homogenea cū pricipiatis. ergo pricipia omnium entium non sunt in eodem genere tantū vt in genere substantie vel in alio genere. Secundo. vnitas pricipiatorum est ex vnitate principiorum. sed non oīa sunt eadem. ergo non oīa sunt eadem principia. In oppositum videtur esse aristotiles pro solutione supponitur primo ꝙ duplicia sunt pricipia. s. intrinseca. s. materia ⁊ forma ⁊ priuatio siue actus ⁊ potentia. Alia sunt extrinseca. s. efficiēs ⁊ finis. Et iterum duplicia sunt principia quedā sunt principia prima simpliciter vt primum agens. alia sunt proxima vt equus est principium proximum generationis equi. ⁊ ars medicine. sanitatis. Secūdo supponitur ꝙ vnum vel idem dicit quatuor mōis. s. vnū nuērō. vnū spē. vnū gn̄e ⁊ analogia: vt pꜫ. v. huius

**Prima cōclusio. non om**nium sunt eadē principia specie vel gn̄e proxima siue loq̄mur de pricipijs intrinsecis siue extrinsecis pꜫ. quia entia distinguntur genere penes proxima principia. s. penes causā efficientē ⁊ finalē. ergo

efficiens proximuz ⁊ forma non sunt eadem. ⁊ q̃a materia propria est ad formã propriam. sequitur ꝙ non est eadem materia propriã. verbi gratia aliud est efficiẽs proximuz ⁊ aliud forma equi ⁊ alie asini etiam in artibus aliquod est principium domus ⁊ aliud est principium sanitatis

Secunda conclusio. omnium sunt eadem principia prima ⁊ extrinseca .s. efficiens ⁊ finis p3. quia in mouentibus est deuenire ad aliquod primum ⁊ aliud est causa omniuz efficiẽs ⁊ etiã finis

Tertia conclusio. omnium sunt eadem principia intelligendo tam de principijs intrinsecis qua extrinsecis secundum analogiam. p3 tribus modis quia materia ⁊ forma sunt principia omnium ⁊ efficiens sicut eniz in aliquo genere est aliquod principiuz se habens sicut materia. ⁊ aliud sicut forma. ⁊ aliud sicut priuatio. ita etiaz in alio genere. ⁊ sic in genere colorum album se habet sicut forma. nigruz vt priuatio ⁊ superficies vt materia. ita in consideratiõe diei vel noctis lumen se habet vt forma. tenebre vt priuatio. aer vt materia. Secundo omnium sunt eadem principia. quia principia substãtie sunt etiam principia aliorum generuz vt materia ⁊ forma q̃ sunt principia sub stantie sunt etiaz principia aliorum quia destructis primis substantijs omnia alia destruũtur. Tertio non eadem sunt principia analogia pro quãto principia omnium se habent vt actus ⁊ potẽtia. vt facile est declarare. veruz est tamẽ potẽtia e alia ⁊ alia. ⁊ alius actus ⁊ alius in diuersis. sicut dictum est ꝙ materia ⁊ forma propriã sunt alie ⁊ alie in diuersis. ⁊ iterũ aliter inuestigatur potentia in quibusdã ⁊ aliter in alijs. quedam enim sunt que quandoq3 inueniũtur in actu ⁊ q̃ndoq3 in potẽtia. vt generabilia ⁊ corruptibilia Alia sunt semp in actu ⁊ sempiterna vt corpora ⁊ celestia.

Ad rationes. ad primã dicitur ꝙ principia eorum que sunt alicuius generis sunt in genere illo non sicut species sed sicut principia illius generis vt materia ⁊ forma que sunt principia substantie sunt in gñe substantie ⁊ pũctus ⁊ vnitas que sunt principia quantitatis. veruz est tamen ꝙ inquantum principia substantie sunt principia aliorum potest dici quia prima pricipia simpliciter sũt in gñe substãtie. Scd̃a ratio arguit ꝙ non sunt eadez principia proxima quod conceditur vt dictum est.

Queritur tertio. Utrum sit necesse esse aliquam substantiã primam sempiternam. ⁊ immobilem. Arguitur sic. ꝙ non sit necesse ponere aliquã substãtiam primam. qr omnia que sunt possunt reduci ad alias causas vt pote que naturaliter fiunt ad naturaz. ⁊ que volũtarie fiunt ad voluntatem ergo. Secundo ꝙ talis non sit immobilis quicquid est pfectionis in istis inferiorib9 puenit a motu corpora enim perfectiora plus habent de motu sicut corpora celestia. ⁊ terra ppter suã imperfectiõem manet immobilis. ergo substãtia primã non est immobilis. Tertio sic vel de nouo incipit agere primus quasi non agit sine aliqua mutatione sed secundum fidem catholicã deus de nouo produxit mũduz. ergo in eo fuit mutatiõ. Quarto sic ꝙ prima substãtia non sit sempiterna quia quicquid habet potẽtiaz admixtaz est corruptibile vt p3 septimo huius. sed in prima substantia est potentia. ergo est corruptibilis. minor probatur q̃a dicim9 deum posse agere. tum quia effect9 imitatur causam. nullus autẽ effectus inuenitur quin in eo sit potẽtia. ergo in deo ẽ potẽtia. In oppositum est aristotiles hec tria videbuntur in questione. primo videbitur ꝙ est dare vnuz solũ ens immobile quod dicitur prima substantia seu prima causa. Secundo ꝙ primum ens est perpetuuz. Tertio ꝙ est actus purus nihil habens de potentia.

Prima conclusio. necesse est esse primuz ens ⁊ incorruptibile. p3 conclusio primo ex parte motus ratiõe aristo. tertio phisi. omne quod mouetur ab alio mouetur. sed aliquid mouetur vt p3 ad sensum. ergo mouetur ab alio. vel ergo illud mouetur ab alio vel est immobile. si est immobile habetur ppositũ si mouetur

ab alio vel illud iterum mouetur ab alio
et cum non sit processus in infinitum sequi
tur quod est dare aliquod primum et immo//
bile. Secunda ratio est in secundo metha//
phisice in ordine causarum. et est talis. in
ordine causarum efficientium est ordo. sed
in tali ordine non est processus in infini//
tum. ergo est aliqua causa efficiens. et ita
ad propositum. probatur minor. quia in
causis efficientibus ordinans prima est
causa secunde et secunda tertie et sic de alijs
sed causa remota remouet effectus. ergo
si non sit prima causa nulla omnino erit causa
Et si procedatur in infinitum non erit pri
ma. ergo impossibile est in causis proce//
dere in infinitum. Tertia ratio sumi//
tur ex isto duodecimo que talis est. si pri
mum ens esset mobile aut mouetur motu
locali aut alio. si alio tunc esset corporale
quod probatur quia omne quod est alte
rabile aut augmentabile est corporale vt
habetur primo celi. sed infra ostendetur
primum mouens non esse corporale. ergo
non mouetur alijs motibus quam mo
tu locali cum motuum localium motus
circularis sit primus. mouetur ergo mo
tu circulari quod non potest esse. quia si pri
mum mouens moueret motu circulari et
moueret et mouetur eodem motu tunc esset
in actu et in potentia [illegible] sicut primum alterans
scilicet celum est inalterabile [illegible] primum mouens
quod mouet motu circulari est inmobile
motu circulari vel reliquitur quod primum est inmo
bile. Aduertendum est tamen quod motus dicitur
dupliciter. vno modo vt est actus entis
in potentia secundum quod huiusmodi et sic
intelligendum est de motu cum dicitur
quod primum mouens est immobile. Alio
modo capitur motus communiter prout
etiam operatio dicitur motus vt intelli//
gere velle et sic de alijs. et sic primum mo//
uens se ipsum mouet. scilicet intelligendo et dili
gendo se sicut posuit plato. Quan//
tum ad secundum punctum ponitur

**Conclusio. primum ens est**
sempiternum probatur primo ratione aristotelis
sumpta ex proprietate motus. Et est talis
primum mobile mouetur motu sempi//
terno vt dicitur octauo physicorum. sed motus
perpetuus est a motore perpetuo. ergo pri//
mum mouens est sempiternum. Ex con//
clusione sequitur quod primum mouens non
solum est motiuum aut effectiuum sed est
actu mouens et operans. alias motus pri//
mus non esset perpetuus. sed quia ratio
ar[illegible]sto. procedit ex falso fundamento videtur
quod motus primus sit sempiternus quia iuxta
fidem catholicam motus et mundus esse
inceperunt. ideo alia ratione probatur con//
clusio que talis est. si mundus de nouo
incipiat esse cum nichil educat se de potentia in actum
oportet quod ab alio ille mundus producatur in
esse. quodquid est vel erit eternum vel pro//
ductum ab alio. Si primum habeat initi//
tum. scilicet quod primum ens est productum
ab alio iterum de illo querendum cum non
sit procedere in infinitum in causis proce//
dendum est necesse est esse aliquam causam sem
piternam. Tertia ratio sumitur ex consi//
deratione eorum que sunt possibilia esse
et non esse et est talis. sunt aliqua et [illegible]
multa entia possibilia esse et non esse. ergo
ad hoc quod appelletur ens esse oportet quod sit
ab aliqua causa. quam oportet esse de ne//
cessitate. vel ergo huiusmodi causa necessa
ria habet necessitatem suam vel ab alio vel
a se et cum non sit processus in infinitum
in hijs que habent causam sue necessitatis
ab alio necesse est deuenire ad aliquid quod
habeat in se causam sue necessitatis. sed
tale primum est ens et sempiternum. ergo
necesse est primum ens esse perpetuum

**Quantum ad tertium ponitur**
Conclusio. prima substantia que deus est
est actus purus vel habens potentiam. probatur
conclusio primo ex dictis. primo quod om
ne quod habet potentiam secundum quod
in eo est potentia potest esse et non esse sed
ostensum est primam substantiam esse sem
piternam. ergo prima substantia est actus
purus nichil habens de potentia. Secunda
ratio sumitur ex proprietate substantie que
talis est. quia licet in eo quod quandoque
est in actu et quandoque in potentia. poten
tia sit prior actu tempore. tamen simpli//
citer actus prior est potentia. quia nichil
educit se de potentia in actum nisi per ali
quid quod est in actu siue per aliud. si ergo
aliqua substantia non sit purus actus sed
aliquid habens de potentia sequitur quod non

est prima. relinquitur ergo ꝙ prima sub stantia est actus purus. Tertia ratio quia quod agit secundum ꝙ est in actu. si ergo aliquid non sit purus actus sequitur ꝙ non agit se toto. sed aliquo sui. et sic non erit primum. relinquitur ergo ꝙ primum ens sine prima substantia sit actus purus et in eo non est potentia. Est tamen aduer/tendum ꝙ duplex est potentia. quedam est passiua materie secundum quam aliquod subiectum recipit mutationem et talis exclu ditur a primo ente. Alia est potentia acti/ua et talis est in primo ente et est idem quod sua substantia. Ex conclusione sequitur ꝙ primum ens nec est materia nec habens materiam. sed est illud quod est actu. Secundo cum omne habens materiam est mobile vt visum est in precedentibus ꝙ primum ens est immobile. Ex quibus patet ꝙ ab sur da est positio illorum qui dixerunt pri/mum ens esse idem cum materia primo posteriore. Ratio fuit quia si deus et ma/teria prima different tunc per aliquid diffe rent et sic vtrumque eorum esset compositum sed hec ratio prouenit ex ignorantia inter differens et diuersum. differentia enim di/citur quecunque aliquo conueniunt et in ali/quo differunt sicut due species in genere conue niunt et differunt per differentias. sed diuersa sunt que se ipsis differunt. et non per ali/quid superadditum. vnde licet deus et materia prima non sint differentia. tamen sunt diuersa.

## Ad rationes. ad primam di/

citur ꝙ natura non agit nisi prius mota ideo ea que fiunt a natura oportet redu cere ad priorem causam. dicitur etiam ꝙ quia voluntas humana est variabilis oportet super eam ponere causam inua/riabilem. Ad secundam dicitur ꝙ licet in his que nata sunt moueri vt in haben/tibus materiam que sunt perfectiora plus participant de motu locali. tamen perfec/tius est simpliciter ꝙ aliqua careant ma teria et motu. Ad tertiam dicitur ꝙ pri/ma causa de nouo incepit agere non per mutationem factam in ea. sed per muta tionem factam in re producta. Ad quar tam dicitur ꝙ ipsa pro prima parte oste dit ꝙ in deo sit potentia actiua. Et cum secundo arguitur ꝙ effectus imitatur causam. dicitur ꝙ licet effectus imitetur causam non tamen possunt attingere ad perfectionem cause. vnde repugnat alicui effectui ꝙ sit purus quia omnis effectus est in potentia que est in illo vel in poten/tia que est in causa ꝛc.

## Queritur quarto. Vtrum

primus motor moueat celum sicut bo/num appetibile aut intelligibile. Arguitur ꝙ non. quia appetibile habet rationem fi/nis. sed in immobilibus non est finis quia finis est terminus motus. Secundo sic bonum appetibile non mouet nisi sit apprehensum sed celum caret cognitione et apprehen/sione. ergo non mouet sicut bonum appe/tibile. Tertio sic primus motor celum mo uet et etiam omnia per modum efficientis sed idem non mouet per modum finis et efficientis. quia finis et efficiens non co/incidunt in idem. ergo motor non mo/uet per modum finis siue appetibilis. In oppositum est aristo. pro responsione est pri/

## Sciendum ꝙ aliquid dicitur

mouere dupliciter. vno modo per modum effic. sed per modum efficientis. vnde efficiens est prin cipium vnde motus sicut ignis calefacit Alio modo dicitur aliquid mouere per modum finis sicut agens mouetur ad agen dum propter finem. Et quia eadem est ratio boni et finis et bonum non mouet nisi appre hensum idem est differentie ꝙ aliquid mo uet per modum finis et ꝙ mouet sicut quo/dam appetibile et intelligibile.

## Secundo sciendum ꝙ prim?

motor mouet celum per modum finis sicut bonum appetibile et intelligibile. proba batur quia est mouens non motum. ergo est mouens sine mouet sicut appetibile et intelligibile. probatur consequentia quia duplex est motus quidam est naturalis alius est voluntarius sine secundum ap/petitum. in motu naturali mouens est generans et alterans. generans autem et alterans aliter et aliter se habent vel secun dum substantiam vel secundum quali/tates sicut hec inferiora. vel secundum lo cum sicut corpora celestia. Unde patet

ꝙ mouēs motu naturali mouetur ⁊ nō est immobile. In motu autē voluntario appetitus est mouēs motum. nam mouetur ab appetibili vt habetur. iii. de anima. relinquitur ergo ꝙ solū intelligibile ⁊ appetibile per modum finis vniuersal' est mouens non motum. Secundo declaratur conclusio. nam motus celi non est propter generationem ⁊ corruptionē horum inferiorū sicut propter finem vltimum ꝙ finis est nobilior hijs que sunt ad finem. sed est propter ipsum primum mouens. sicut propter finem vt. s. proximus motor celi per motū celi assequatur similitudinem primi inquantum per motum celi est causa rerū quia ergo motus celi est propter primū sicut propter finem sequitur ꝙ motor pri' mouet sicut appetibile ⁊ intelligibile. Ex predictis pꝫ ꝙ perfectio primi mouentis potest attendi tribus modis. vno modo ex ratione intelligibilis ⁊ appetibilis. Alio modo ex comparatione eius ad mobile. ⁊ ad celum. Tertio modo ex comparatione eius ad primū motorem celi. i. intelligentiam. Ex primo sic ostenditur sicut est quedā ordinatō mobilium ⁊ mouentium. ita est quedam ordinatio appetibilium ⁊ intelligibilium ⁊ sic sicut in mobilibus primum est causa aliorum. ita in intelligibilib' primum est causa intelligendi alia. sicut ergo per hoc ꝙ prima substantia est primum mouēs ostensū est ꝙ est actus purus ⁊ simplex ita eadem ratione ostenditur ꝙ est pure simplex ac primo intelligibilis. nā in coordinatione intelligibilium substātia est primo intelligibilis quam accidentia accidētia enim non habent intelligi nisi per substantiam sicut nec diffiniri. similiter inter substātias. simplices sunt prius intelligibiles eo ꝙ simplices claudūtur in intellectu compositorū ⁊ inter substātias simplices que sunt materia ⁊ forma de genere substātie forma sine actus prius est ītelligibilis quam potentia. quia potest diffiniri per actum ⁊ intelligi. ⁊ sic ex hoc quia prima causa est primū intelligibile concludi potest ꝙ est primus actus ⁊ idem potest ostendi ꝙ est primū

appetibile ⁊ intelligibile. vnde primum appetibile est optimum ⁊ perfectissimū. Ex secundo. s. ex comparatione motoris ad mobile ostēditur perfectio ipsius motoris. nam primum mobile ⁊ si non mouetur motu. ad formā mouetur tamē motu circulari. ostensum est enim supra ꝙ primum mouens est omnino immobile. Ex quo pꝫ perfectio motoris ad mobile. Ex tertio. s. ex comparatōe primi motoris ad proximū. arguitur perfectio primi motoris ad apprehensionem ꝙ proximus motor celi apprehendit primum motorem ⁊ eius desiderium mouendo ad quod sequitur delectatio. nam delectatio fit per hoc ꝙ intelligēs. accipit ipm intelligibile. cum ergo primus motor se ipsum maxime accipiat. ⁊ sit sibi ipsi maxime prius. sequitur ꝙ est multo maior delectatio ⁊ iocūdior consequens apprehensionē eius primi motoris quam delectatio consequens apprehensionem secundi motoris. vnde pꝫ perfectio primi motoris supra proximū motorem. Ad rationes ante oppositum. ad primam dicitur. ꝙ in immobilibus est finis prout est optimum ⁊ vltimum ⁊ non vt de ratione eius sit ꝙ acquiratur per motum ⁊ sic in immobilib' est bene finis q̄ q̄dē finis non est terminus mot' sed operationis. Ad secundam dicitur ꝙ celum dirigit a cognoscēte. s. ab anima nobili ideo accipiēdo pro toto aggregato cognoscit. Ad tertiam dicit' ꝙ finis ⁊ efficiēs idem est. est enim idem a quo res processit in esse ⁊ in quo redibit. videt' tamen alia ⁊ alia causalitas efficientis ⁊ finis.

Queritur quinto. Utrum celum secundum totam substantiam ⁊ secundū suū motū dependeat a primo principio. Arguitur ꝙ non secundum substantiam quia quod inest alicui secūdum suam naturam remoto quocunꝙ extrinseco ei inest sed semꝑ esse inest celo secundum suam substātiam. ergo remoto primo principio ad huc celū erit ⁊ hoc non esset si depēderet a principio primo secundum suam substantiam. Arguitur

secundo si dependeret a primo vel depen
deret quantuz ad eius productioem vel
quantum ad eius conseruationem non
quantum ad eius productionem. quia
celuz non est pductuz quia omne quod
producitur a subiecto z cotrario produ
citur. celo autem nichil est cotrariuz. nec
ante generationem celi fuit subiectuz nec
quantum ad conseruationem in esse cuz
non dependeat in esse. Tertio sic effitie s
est causa vnde motus. sed celum non est
transmutabile secundum suam substan
tiam. ergo a nullo secundum suam sub
stantiam dependet tanquam a causa effi
ciente. Arguitur quarto q non requirat
quantum ad eius motum quia celum
secundum aristotilem est animatu. ergo
mouetur per se z a se z per cosequens no
ab aliquo extrinseco motore. In opp
positum est aristo. pro responsione e primo

Sciendum q philosophorum

dicentium mundum siue celum esse eter
num duplex oppinio fuit. quidam enim
dixerunt ipsum esse eternuz z a nullo de
pendere in esse sed secuduz se z a se habe
re semper causam essendi. Alia fuit oppi
nio dicentium ex omnibus. omnia esse
perpetua z dependere a principio z du
cunt exemplum. si ab eterno pes fuisset in
puluere vestigium pedum ab eterno esset
in puluere z tamen vestigium pedis de
pendet in esse a pede. Aliud exemplum
si sol esset ab eterno supra nostrum emisp[er]iuz
splendor celi ab eterno esset fuisset sup nos
z tamen ille splendor esset causatus in esse
ab eo. Cotra primam oppinionem ponit

Conclusio. celum z mundus

dependent a deo in esse. probatur quia
posteriora z iperfectiora depedent a prio
ribus z perfectioribus vt causata depen
dent ab aliquo quod est causa sed deus
fiue prima causa est primum z perfectissi
mum in genere entium. ergo celuz z om
nia dependent ab illo in esse non tamen
potest dici q celum sit primuz ens quia
vt probatum est primum ens est immo
bile z inmutabile z pure simplex que om
nia celo repugnant.

Secunda coclusio. mudus

non solu depedet a deo sed etiaz habuit
principium durationis sue. ita q fuit de
nouo productus per creatioem z hec co
clusio sumitur ex veritate fidei quia om
nis creatura est ex nihilo. sed mundus
est creatura. ergo mundus est ex nichilo
sed quicquid est ex nichilo aliquando
nichil fuit. ergo non est ab eterno z per
consequens est de nouo productus per
creationem.

Tertia conclusio. licz secun

dum veritatem fidei teneduz sit mudus
incepisse de nouo tamen hoc demostrari
non potest. probatur quia si demostra
retur aut ex parte ipsius facti aut ex parte
facientis. non ex parte facti. quia mediuz
in demonstratiue est quodquid est sub
iecti. quodquid est autem abstrahit ab
hic z nunc. ergo non potest demonstrari
incepisse ... ex par
te facietis quia in voluntate dei erat pro
ducere munduz ab eterno ratio autem
humana non potest inuenire volunta
tem dei. Ad maiore euidetiaz hu9

Sciendu q duplex est agens

quoddam est agens per motum z gene
rationem z tale precedit effectum natura
z tempore. quia effectus no est nisi in ter
mino actionis. tale autem agens est ante
actionem. Aliud est agens per simplicez
emanatioem z tale non necessario prece
dit effectum tempore nec duratione. sed
natura solum. sicut ptz de illuminatione
medij. vnde ptz q cum deus producat
mundum per simplicem emanationem
quod non est necesse deu precessisse mu
duz tempore z duratione s natura tatuz

Ultimo notandum q de

ratione creatois duo sunt. primum est
q creatio non psupponit. aliquod sub
iectum per quod differt a generatione z
motu in quibus presupponitur. Secu
duz est quod illud creatur prius habuit
non esse secundum naturam quam esse

cuius causa est quia illud est prius alicui secundum naturam quod sibi secunduz naturam inest ⁊ nõ ab aliquo extrinseco sed quod causatur ex se nichil est. ⁊ habet non esse. ab alio autez habet esse. sequitur ergo ꝙ illud quod creatur prius natura habeat non esse quam esse ⁊ ab alio non esse ⁊ per hoc differt creatio a generatiõne filij in diuinis. Ex p̄dictis pz ꝙ hec propositio ex nichilo aliquid creatur potest habere duplicem sensum ⁊ sic sensus aliquid creatur ex nichilo. i. ex nullo subiecto ita ꝙ manet negatio ⁊ ordo creatõis ad subiectum manet negatus. Et hoc secundum primuz requisituz ad creatõem. Secundum ꝙ sit sensus aliquid creatur ex nichilo. i. post nichil aliquid creatur ⁊ hoc ordine nature non autem prius duratione quia nõ oportet ꝙ maneat ordo alicuius durationis ipsius creatõnis ad nichil sed solum manet ordo prioritatis nature ⁊ non duratõis. Ex quo pz quomodo celuz est necessariū ⁊ tamen habet in se causam sue necessitatis per hoc ꝙ non est ad inuicē priuationi ad formam habet tamen illam, causam ab alio simpliciter loquendo de potētia q̄ est in deo celum potest non esse ⁊ omnia alia sicut potuit ea producere ita ⁊ ad nichilare. nō ex aliqua potentia. que sit in ipso celo nõ potest non esse sed bene generabilia, ⁊ sic pz celum dependere a deo secundum suã substãtiam. ⁊ per consequens dependere secunduz suum motum per eandem rationem. sequitur vlterius ꝙ tota natura dependet a primo quia celum dependet a primo. modo celum est primuz in gñe sensibiliuz ⁊ est causa naturalium ⁊ materialium. Ad rationes. ad primaz dicitur ꝙ maior est vera remouente illa natura per quaz sibi inest. modo dicitur ꝙ si primuz non esset natura celi per quam est incorruptibile periret eum totū quod est in celo dependeat a primo. Secunda ratio satis soluitur ex dictis. Tertia ratio probat celum fuisse productum per motum. dicit̃ etiam ꝙ si celuz non sit transmutabile secundum substantiaz per potentiaz que est in eo. est tamen transmutabile per potentiam que est in deo. Ad aliam dicitur ꝙ secũdum veritatem celū non est animatum ymo mouetur ab intelligentia seperata.

**Queritur sexto· Utrum celū sit animatuz.** Arguitur ꝙ sic quia quod mouetur a se est animatuz. sed celuz mouetur a se. ergo est animatum. Secundo sic motus celi nõ est violentus. ergo est naturalis vel a natura vel ab anima. nõ a natura quia determinata est ad vnum ad quod si peruenient est status. sed celū ē ad diuersa vbi ⁊ semp mouet̃. ergo ⁊c. Iteruz probat̃ ꝙ ex pte effectus motus quia motus celi producit vitaz ⁊ sensum sed nulla forma corporea potest illud facere alias ageret vltra proprium gradu. ergo oportet ꝙ talis mot̃ sit ab anima. Quarto sic celum inter omnia corruptibilia est nobilissimum. sed animatū nobilius est inanimato. cum ergo quedam corpora sint animata sicut plancte a fortiori erit celum animatum. In oppositū arguit̃ quia si celum esset animatum tunc cum anima vegetatiua sit prior sensitiua. ⁊ sensitiua intellectiua. sequitur ꝙ celuz haberet animaz sensitiuam ⁊ vegetatiuaz. sed hoc est falsūz quia tales anime ordinant̃ ad conseruatiõem vite ⁊ soluz insint corruptibilibus cum ergo celū sit incorruptibile sequitur ꝙ sibi non inest anima vegetatiua nec sensitiua ⁊ per consequens nec intellectiua.

Pro quo sciendum ꝙ ypatetici posuerūt mundum habere animaz sed fuit diuersitas inter eos. quidaz dixerunt animam celi habere tres potentias . s. appetatiuuz. intellectiuuz. ⁊ ymaginatiuuz. intellectus enim ⁊ ymaginatõ mouent imperando motū ⁊ appetitus exsequendo motum. quare autez posuerūt animaz celi habere ymaginatõem. ratio est quia intellectus solum est apprehensiuus vniuersalium cum ergo motus celi sit particularis ⁊ ad effectum particularem oportet animam celi habere ymaginatõem que est apprehensiua singularis. Alij dixerūt aīam celi habere tantū duas potētias . s. intellectiuuz ⁊ apphensiuum

quia licet forma apprehensa per intellectum inquantum huiusmodi sit vniuersalis tamen per extensionem ad obiectus et per conditionem materie fit particularis. et ideo propter hoc non oportet ponere animam celi ymaginationem. Omnes autem conueniunt in hoc quod nullus ponunt potentias vegetatiuas in anima celi eo quod ordinantur ad conseruationem vite. eo quod conseruatione non indiget celum cum sit incorruptibile nec ponunt in eo potentias sensitiuas eo quod sensus sunt perceptiui contrariorum sensibilium. Sanctus thomas et Albertus non determinant se ad aliquam partem huius materie. sed eam relinquunt sub dubio. ponitur

**Conclusio. celum non est animatum**

probatur per rationes positas oppositum. Secundo sic probatur. quia secundum ponentes celum esse animatum anima eius non habet nisi potentias intellectiuas. sed secundum tales potentias non est actus corporis. quia tales potentie sunt separate vt dicitur. iii. de anima. sed anima humana secundum potentias sensitiuas et vegetatiuas est actus corporis. si ergo anima celi solum habeat potentias intellectiuas non est actus celi et per consequens non habet animam vt formam. sed quia plato et aristoteles videntur dicere celum esse animatum. ideo ad seruandum dictum eorum. Est

**Sciendum quod anima habet tri-**

plicem habitudinem ad corpus. comparatur enim ad corpus quantum ad esse. scilicet prout est anima et corporis forma sicut est materie et forma. Alio modo comparatur ad corpus quantum ad cognitionem in eo quod anima indiget corpore ad intelligendum vel aliquo obiecto vel organo et quantum ad istum modo intelligentia mouens celum non potest dici anima celi nec intelligit per ipsum. sed intelligit per species acceptas a superioribus intelligentijs. Alio modo comparatur anima ad corpus sicut mouens ad mobile et quantum ad hoc intelligentia mouens celum potest dici anima celi videlicet vt assistens et non inherens ipsi celo

**Ad rationes. ad primam dicitur**

quod celum dicitur moueri a seipso pro quanto mouetur ab intelligentia sibi vnita vt motor mobili. Ad secundam dicitur quod motus celi potest comparari ad ipsum celum et sic est naturalis pro quanto celum habet naturalem inclinationem ad talem motum. Alio modo potest comparari ad intelligentiam et sic motus celi dicitur voluntarius. dicitur vltra quod motus celi non est ad contraria. nam in celo non sunt contraria quia non distant secundum lineam rectam sed secundum circularem. Et hoc quod dicitur quod natura determinata est ad vnum. dicitur quod illud intelligendum est de forma que non est materia mixta ad contraria. sed ad formam que est ad vtrumque oppositorum. modo in celo est principium materiale passiuum. motus non formale et celum non habet materiam priuationi admixtam quantum ad formam substantialem sed bene habet quantum ad vbi. quantum ad istam in celo est duplex forma inherens materie celi que non habet nomen impositum sed vocatur forma celi et anima nobilis que separata sit. Ad aliam dicitur quod intelligentia est causa vite et sensus per motum celi sicut per instrumentum. ideo intelligentia est causa principalis et non celum et sic non oportet quod sit animatum celum. Ad quartam dicitur quod forma hominis dupliciter consideratur. vno modo vt actus corporis scilicet secundum illas potentias secundum quas est actus. et hoc modo forma celi est perfectior pro quanto terminat totam potentiam materie. sed considerando formam hominis secundum quod eleuata est supra materiam secundum scilicet quod ex ea fluunt potentie intellectiue nobilior est forma celi. Dicitur insuper quod celum habet formam nobiliorem quam plante vel bruta. et hoc considerando celum vt est instrumentum intelligentie mouentis. ideo quantum ad motum est causa vite et sensus. ita intelligentia nobilior est quam anima. Ad quintam dicitur quod licet celum non habeat intellectum nec appetitum tamen intelligentia que est proximus motor celi habet intellectum et appetitum et ipsa mouet a prima causa per modum appetibilis et intelligibilis.

**Queritur septimo. Utrum**

prima causa que deus est sit omnino simplex. Arguitur quod non. quia apud nos composita sunt nobiliora simplicibus vt compositum quam materia vel forma. sed quicquid perfectionis est in istis inferioribus deo attribuendum est. ergo deus est compositus. Secundo sic quod in deo sit compositio ex natura et supposito quia vere dicimus deitas est in deo sed nichil est in se ipso. ergo non est idem quod deitas sicut

i e homo idem quod humanitas. ... q in deo sit compositio ex esse et essentia. quia de deo cogno cimus si est et non quid est. ergo in deo quodquid est sine essentia et esse non sunt idem. Item in deo est compositio ex genere et differentia. quia omne quod ponitur in genere componitur ex genere et differentia sed deus est in genere quia substantia eius est per se subsistens. ergo non est omnino simplex. In oppositum est philoso. in hoc duodecimo dicens quod substantia prima est simplex. Pro responsione ponitur prima

**Conclusio·substantia prima que** deus est est omnino simplex. probatur duplici ratione. omne compositum posterius est componentibus cum ergo deus sit primum ens sequitur quod non est compositus. Secundo omne compositum habet actum et potentiam. nam unum componentium comparatur ad aliud sicut actus ad potentiam. ea enim que sunt in actu sunt in actu simpliciter. sed componentia sunt in toto composito in potentia ut ostensum est supra quod in deo nulla est potentia. ergo deus non est compositus. Secunda via probatur inducendo in omnes modos compositionis. nam tantum in sex modis fit compositio. una ex materia et forma. Secunda ex partibus quantitatiuis. Tertia ex esse et supposito. Quarta ex esse et essentia. Quinta ex genere et differentia. Sexta ex subiecto et accidente. sed nulla istarum reperitur in deo. ergo est omnino simplex.

**Secunda conclusio· in deo** non est compositio ex materia et forma hec conclusio satis probata est.

**Tertia conclusio· in deo non** est compositio ex partibus quantitatiuis. probatur quia deus caret omni corporeitate et magnitudine. probatur quia omne quantum est in potentia ad hoc quod est esse diuisibile. sed deus nullo modo est in potentia ergo. secundo omne corporeum quantum habet materiam quia perfectio materie est forma corporeitatis. Ad quantum vero sequitur quantitas. sed probatum est quod in deo non est materia. ergo deus non est quantus.

**Quarta conclusio· in deo non** est compositio ex esse et supposito. Sed deus est sua natura et sua essentia. pro quo est **Sciendum quod in rebus compo**sitis ex materia et forma differunt essentia et suppositum. nam solum ea que ponuntur in diffinitione speciei sunt de intellectu essentie vel nature. materia autem signata vel accidentia indiuiduantia non ponuntur in diffinitione speciei. ideo non pertinet ad naturam vel essentiam. et cum materia signata est de essentia indiuidui, vel suppositi. quia indiuiduatio est per materiam signatam. sic ergo in compositis ex materia et forma essentia et suppositum non sunt idem ut sortes et humanitas. sed in separatis a materia essentia et suppositum sunt idem quia forme separate a materia sunt in se subsistentes et seipsis indiuiduantur et ita ille forme sunt supposita subsistentia. sed ostensum est supra quod deus est forma tantum. ergo in deo idem est suppositum et natura.

**Quarta conclusio · in deo idem** est essentia et esse. probatur quia esse est actualitatis omnis forme vel nature. ergo in deo aliquid sit essentia et esse tunc esse comparabitur ad essentiam sicut actus ad potentiam. supra ostensum est quod in deo nulla est potentia. ergo deus est suum esse. Secundo quicquid in re inuenitur preter rei essentiam aut est causatum a principijs intrinsecis sicut accidentia propria aut ab aliquo extrinseco sicut accidens commune. si ergo in deo esse sit aliud ab essentia aut esse est causatum a principijs intrinsecis et hoc non quia nichil est causa efficiens essendi sibi ipsi. si esse sit aliquid ab eo. ergo oportet quod sit causatum ab aliquo extrinseco. sed supra ostensum est quod deus est prima causa omnium. ergo in deo esse non est aliud ab essentia.

**Quinta conclusio· deus non** est in aliquo genere. pro quo est sciendum quod aliquid est in genere dupliciter. uno modo proprie et simpliciter sicut et indiuidua speciei Alio modo reductiue sicut principia in genere principiati ut punctus et unitas in genere quantitatis. probatur conclusio. Sed quod deus non sit in genere sicut species. quia genus secundum intellectum prius est specie. sed deus est quo nichil prius esse potest intelligi. ergo non est in genere sicut

spetics. Secundo in omni genere est ali/
quid potentiale a quo sumitur genus. ⁊
aliquid formale a quo sumitur differē/
tia. sed in deo nulla est potētia sicut pro/
batū est. ergo nō est in genere sicut spēs
Tertio ea que sunt in genere conueniunt
in natura ⁊ esse differt a singlis illis. ergo
in omni eo quod est in gñe differūt essentia
⁊ esse ergo deus nō ē in genere sicut spēs
cū esse ⁊ essentia dei sint idē ut patuit.

Sexta conclusio· in deo non
est compositio ex substantia ⁊ accidente
probatur. quia accidēs comparatur ad
substātiam sicut actus ad potentiam. vñ
per ipsum accidens subiectū quodam
modo est in actu. sed in deo nulla est po/
tentia. ergo in eo nulla est compositio ex
subiecto ⁊ accidente. Secundo forā sim/
plex non potest esse subiectum. sed deus
est forma simplex.

Septima cōclusio· sicut de/
us nō est compositus ita non potest ve/
nire in compositionem aliorū sicut qdā
dicebāt ꝙ deus est forma dans omnib⁹
esse. probatur cōclusio. qꝛ deus est causa
efficiens omnium. sed forma ⁊ efficiens
non coincidunt in idem numero. ergo
deus non est forma dans omnibus esse

Ad rationes· ad primā dicitur
ꝙ simplicia sunt duplicia. quedam sunt
que non habēt esse nisi a toto ⁊ talia sunt
imperfectiōra compositis. Alia sunt que
habent esse propriū ut deus ⁊ substan/
tie seperate ⁊ talia sunt perfectiora com/
positis. Ad secūdam dicitur ꝙ deus
⁊ deitas sunt idem secūdū rem. sed diffe
runt secundum nostrum modum intel/
ligendi ⁊ hoc modo dicimus ꝙ deitas
est in deo. Ad tertiam dicitur ꝙ esse ca
pitur dupliciter. vno mō prout ē actua/
litas essendi ⁊ sic non cognoscim⁹ deū
esse quia non cognoscimus esse dei sicut
nec etiam essentiā. Alio modo capitur
esse prout significat veritatē propositio/
nis ⁊ sic cognoscim⁹ deū esse. qꝛ cognos/
cim⁹ hanc propositiōē deus ē. esse verā
Ad quartam dicitur ꝙ deus non est in
genere. vnde dicitur ꝙ ratio substātie vt
est genus est per se esse ita tamē ꝙ esse sit

aliud ab essentia. modo deus ē sua essen
tia ⁊ suum esse.

Queritur octauo· Utrum
deus sit suū intelligere ⁊ sua vita. Arguit
ꝙ non sit suum intelligere quia intellige
re est operatio quedā. sed operatio egre/
ditur ab operante. nichil autem egredit
a seipso. ergo deus nō est suū esse. Scdo
sic ꝙ non sit sua vita. quia vita est corum
que mouentur. sed deus est omnino im/
mobilis. ergo in eo non est vita. Tertio
sic intelligere ē opatio vite ⁊ nō vita. ergo
si deus sit suū intelligere nō erit sua vita

Pro responsione est primo sciē/
dum quo ad vtranqꝫ partē. primo vide
bitur de intelligere dei. scdo de sua vita
pro quo sciendum est ꝙ ad intellectionē
multa cōcurrunt. s. intelligens. res intel/
lecta. actus intelligendi. species intelligi/
bilis que est principium intelligendi.

Prima conclusio· deus est
intelligens. probatur. quia res efficiūtur
intelligibiles pro hoc ꝙ sūt sepate a ma/
teria. sed intelligibile in actu ⁊ intelligēs
in actu idē sunt vt habetur. iii. de anima
deus est principium ⁊ causa vniuersalis
rerum. sed vnumquodqꝫ agit per formā
proportionatam sue actioni. ergo oportꝫ
etiam ꝙ in deo preexistat secundum esse
vniuersale. sed nichil est vniuersaliter nisi
in intellectu. ergo deus est intelligens.

Secunda cōclusio· deus est
suus intellect⁹ ⁊ intellect⁹ nō est potētia
addita sue nature sicut in nobis. probat
sic. si intellect⁹ dei non esset sua essentia. s
aliquid aliud preter eius essentiam tunc
esset accidens. sed ostensū est supra ꝙ in
deo nullum est accidens. ergo deus est
suus intellectus.

Tertia conclusio· deus est
suum intelligere. ptꝫ. quia intelligere est
perfectio intellect⁹. si ergo deus non esset
suum intelligere tunc aliquid ab eo esset
eius perfectio quod falsū est cū sit ēēntiū
ens primū ⁊ perfectissimum. Item sicut
se habet essentia ad esse. ita intellectus ad
intelligere. sed essentia dei est suū esse vt
probatum est. ergo etiam suū intelligere

**Quarta conclusio deus non** intelligit per speciem intelligibilem super additã sue essentie. sed sua essentia est sibi principium intelligendi. probatur quia species intelligibilis est principium intelligendi. esse aũt dei est suum intelligere vt ostẽsum est. ergo si species intelligibilis sit aliud ab essentia tũc esset principium essentiale dei quod est falsum est. Item si species intelligibilis sit aliud in deo ab essentia eius tũc esset accidẽs et compararetur ad essentiã dei sicut actus ad potẽtiam que omnia sunt falsa

**Quinta cõclusio illud quod** per se primo intelligitur a deo est sua essentia. probatur quia illud per se intelligitur cuius est suum intelligere. sed ostẽsum est quod essentia est species intelligibilis et principium intelligẽdi ergo quod primo intelligitur a deo. est sua essentia. Alia autem cognoscuntur a deo pro quanto omnia sunt in deo sicut in causa. modo cã cognita cognoscitur effectus ideo cognoscendo se cognoscit alia. Ex dictis patet quod idẽ sunt in deo intelligens et intellectum et species intelligibilis et quod primo intelligitur Secũdo patet quod se ipsum perfectissime intelligit quia in deo sunt penitus idem intellectus et quod intelligitur. Notandum quod viuentia dicuntur que seipsis mouẽtur ad aliquos motus vel operatiões. ea autẽ que mouentur ab alio mouẽte ad suas operationes non dicuntur viuentia.

**Sexta conclusio deus est** viuens. probatur quia illa dicuntur viuere que seipsis mouentur ad aliquos motus vel operatiões. sed deus ab alio non mouetur sed a seipso ad suas operatioẽs que sunt intelligere et velle. ergo etc. Secũdo sic omnia que sunt perfectiõis in rebus attribuẽda sunt deo. sed viuẽtia sunt perfectiora non viuentibus. ergo deo attribuenda est vita.

**Septima cõclusio. deus est** sua vita. probatur quia intelligere est vita sed deus ẽ suũ intelligere. ergo sua vita Secũdo. vita et viuere non differunt nisi sicut abstractum et concretum. viuere aũt viuẽtibus est esse. ii. de anima. sed deus est suum esse. ergo deus est suum viuere et sua vita. Ex quo patet quod vita dei est optima. quia vita est secũdum intellectũ. deus aũt solũ viuit vita intelligibili et est primus intellectus omnium. ergo vita sua est optima

**Ad rationes. ad primam di**citur quod viuere ẽ operatio immanẽs et nõ transiens in materiam extrinsecam. vnde operatio immanẽs est duplex. quedam est in se subsistẽs et illa est eadem cum operante. Alia est non per se subsistẽs sed est actus operantis et illa non est eadem cum substantia eius. Ad secundam dicitur quod motus accipitur dupliciter. vno modo vt idem est quod actus entis in potentia et hoc modo deus est omnino immobilis. Alio modo capitur motus prout velle et intelligere dicuntur motus et sic deus seipsum mouet. Ad tertiam dicitur quod intelligere quod est accidens mouẽtis non est vita eius nec est etiam operatio eius vitalis quale est intelligere nostrum. sed intelligere in se subsistens quod est substãtia intelligẽtis. ẽ vita eius cuius est intelligere dei

**Queritur nono. Utrum sit** tantum vnum principium primum simplex. Arguitur quod non. quia aut principium dicitur vnum prout vnum est principium numeri. aut vnũ quod conuertitur cum ente. non primũ. quia huiusmodi vnum pertinet ad genus quãtitatis. primum autem principium caret omni quãtitate vt dictum est. nec vnum quod conuertitur cum ente. quia huiusmodi vnum dicit priuationem. sed priuatio non conuenit primo principio. ergo primum principium non potest dici vnum. Item nichil prohibet aliquid esse sine eo quod nõ est de ratõne sua. sed habitudo ad causam non est de ratione ẽtis. ergo multa sunt ẽtia sine habitudine ad causam. ergo non est vnum primum principium omniũ. Item cõtraria nõ videntur reduci ad vnã causam. sed in rebus inueniũtur multa cõtraria ẽtia. ergo omnium non est vna prima causa In oppositũ est aristo. pro responsione. Est primõ

**Sciendum. quod circa veritatem** primi principij triplex fuit opinio falsa. Prima fuit ponentium principium materiale et nõ causam efficientẽ et istorum quidam

Alia est oppinio empedoclis ponentis quatuor principia materialia .s. quatuor elementa et duo efficientia .s. litem et amicitiam. et in idem reducitur oppinio pictagore ponentis duo principia .s. summum bonum quod est causa omnium bonorum et summum malum quod est causa omnium malorum. Tercia fuit oppinio dicentium duo esse principia .s. efficientem et materiam tamen quod causa efficiens non erat causa materialis. Improbatio huius oppinionis patebit ex probatione secunde conclusionis

Notandum quod primum capitur dupliciter. uno modo simpliciter. alio modo in ordine vel genere cause. Prima conclusio. plura sunt principia in aliquo genere vel ordine cause secundum quod sunt plura genera causarum. patet quia est dare materiam primam simpliciter que est tantum in potentia etiam est dare primam formam ut esse quod est primum inter omnes formas quia tamen propria forma dependet effective a primo. et ideo non sunt plura principia simpliciter.

Secunda conclusio· tantum est unum primum principium simpliciter. probatur ex perfectione primi principij quia si essent plura prima principia oporteret ea in aliquo differre. aut ergo illud in quo differunt esset privatio aut perfectio. non privatio quia privatio et deffectus non conveniunt primo principio nec perfectio quia perfectio de esse primo principio unum non posset alicui perfectio convenire unum principiorum que non conveniret alteri. Secundo probatur conclusio ex simplicitate primi principij. nam illud per quod aliquid est hoc aliquid et singulare non est communicabile multis sicut illud per quod sortes est sortes. non est multis communicabile. sed in deo idem est suppositum et natura. ergo primum principium quod deus est tantum est unus. Alia ratio aristo. summitur ex eo quod universum melius regitur per unum quam per multa. dicit enim aristo. in fine huius quod entia non volunt disponi male nec volunt pluralitatem principum nam pluralitas principum mala. unus ergo princeps.

Ad rationes· ad primam dicitur quod de primo principio dicitur unum quod convertitur cum ente et ad probationem dicitur quod licet privatio non conveniat secundum rem primo principio tamen convenit ei secundum modum apprehensionis. non enim cognoscimus deum nisi per viam negationis et privationis. unde dicimus de deo quod est immobilis incorporeus. Ad secundam dicitur quod licet habitudo ad causam non sit de ratione entium consequitur tamen naturam entium nam unumquodque ens causatum per propriam rationem habitudinem habet ad causam. Ad terciam dicitur quod malum non habet veram causam sed privatio recte habitudinis et sic non habet causam nisi per accidens quia s. malum evenit preter intentionem agentis. dicitur etiam quod non est summum malum. quia malum semper salvatur in bono. Ad quartam dicitur quod contrarij effectus reducuntur ad principia contraria et diversa proxima. sed tamen reducuntur ad unum primum ad quod omnia reducuntur.

Queritur decimo· Utrum sint ponende plures substantie separate intellectuales. Arguitur quod non quia numerus causatur ex divisione continui sed in separatis non est quantitas ergo neque numerus et sic non sunt plures substantie separate. Secundo sic. in non habentibus materiam non est pluralitas nisi secundum causam et causatum ut volunt philosophi. sed una substantia non est causa alterius ut tenet fides catholica. ergo non sunt plures substantie separate salem creature. Tercio sic. si essent plures substantie separate pluralitas earum acciperetur secundum pluralitatem motuum et mobilium hoc autem non est necesse primo quia omnis motus potest causari a primo principio. ergo non est ponenda pluralitas substantiarum intellectualium secundum pluralitatem motuum. Etiam quia secundum oppinionem doctorum antiquorum qui ponunt plures substantias intelligibiles quam sint motus vel mobilia. In oppositum est aristoteles pro responsione est·

Sciendum primo quod sicut dictum est in precedenti questione tantum est unum primum principium hoc est prima substantia intelligibilis seperata. et nunc queretur utrum preter istam sint alie substantie seperate intellectuales que sint create a prima et quo ad hoc videtur dicere aristo. quod pluralitas substantiarum intellectibilium accipitur secundum numerum et pluralitatem spherarum celestium. Arguit enim sic. preter

primum motum. s. diurnuz quo mouet prima substātia. sunt alij motus corporū celestium sempiterni. huiusmodi autem sunt a mouētibus sempiternis. ergo preter substantiam immobilem et sempiternam necesse est esse plures substātias seperatas sempiternas et sine magnitudiē et confirmatur quia substantie seperate sunt fines mobilium corporum celestiū ergo tot sunt substātie seperate quot sunt motus corporū celestium. Si enim essent pauciores tunc aliquis motus careret suo fine. Ex quo patet quod secundum ordinem corporum celestium in dignitate et perfectione est etiam ordo substantiarum seperatarum que sunt motrices orbium et sicut orbis superior est perfectior inferiori orbe. ita substātia motrix orbis superioris. cum autem queratur de numero sperarum celestium et consequēter substantiarum intellectibilium. Respondetur quod secundum philo. octo sunt spere celestes .s. stellata que secundum ipsum est primum mobile et septem planetarum. tamen theodosius ponit tres speras ad saluandum motus solis. et ad saluandum motus lune tres. et cuilibet aliorū planetaruz attribuit tres speras. et sic erunt. xxi. carphus vero ponit. xl. vii. etiam isti philosophi saluauerūt motuz solis in eccentricis et aliorum in epiciclis. et hec positiones videtur insequi aristo. et secundum ipsum quot sunt celestes spere. tot sūt substātie intelligibiles motrices illarū sperarū. et hec est responsio aristo. Sed contra ipsum

**Ponitur conclusio. multitudo** substantiarum intellectibilium non capitur secundum multitudinem sperarum celestium. primo quia preter motrices substantias orbium sunt plures alie. probatur quia substantie seperate in gradu et perfectione excedūt substantias corporales. inueniuntur autem quedam substantie intelligibiles que vniūtur corporalibus sicut forma materie sicut anima rationalis que non dependet secundum esse a corpore possunt etiam inueniri substantie intelligibiles que non vniūtur sicut formā materie sed sicut motor mobili ideo possunt inueniri adhuc substantie intelligibiles nobiliores que vniuntur corpori nec sicut forma materie nec sicut motor mobili et iste sunt intelligibiles superiores perfectiores que non vacant circa motus celestes sed circa speculationem et contemplationem.

**Ad rationes. ad primaz dicitur** quod vnum quod est principium numeri non dicitur de substantijs intellectibilib⁹ sed vnuz quod cōuertitur cum ente et ille numerus qui est quātitas non inuenitur in substātijs seperatis. quia causatur ex diuisione continui. sed in eis est multitudo transcendens. Ad secūdam dicitur quod maior illius rationis procedit secundum oppinionem auicēne qui ponit quod prima substantia creat secundam et secunda tertiaz sed negatur. illa maior et dicitur quod in seperatis a materia est multitudo secundum diuersos gradus perfectionis. Ad tertiam cōceditur ratio secūduz quod arguit omnes motus possunt causari a prima causa siue a prima intelligentia siue a primo principio circa hec oppinio auicēne est quod prim⁹ mot⁹ a quo omnes alij depēdent habeatur pro causa primum principium immaterialiuz substātiarum qui motus primi mobilis nō est a primo principio sed a prima intelligentia creata et cōsequens motus causetur a secunda et sic de alijs et huius oppinionis est albertus Et sanct⁹ doctor dicit quod motus primi mobilis sit a primo principio siue a prima intelligentia non creata que deus est vt sit conexio substantiarum seperatarum intellectibiliuz. et corporalium quia sicut primuz mobile per suum motum est causa omnium corporalium. ita causa mot⁹ eius est causa substantiarum seperataruz. corpora autem inferiora habēt motores sibi proprios etc.

**Queritur vndecimo. Utrum** in substantijs seperatis sit multitudo indiuiduoruz sub vna spetie. Arguitur quod sic. quia sicut intelligentia est forma simplex ita anima sed sunt multe aie eiusdem spetiei numero differentes. ergo ibi erūt plures intelligentie vni⁹ spetiei. Secūdo sic. rationabil⁹ ē meliora ētis multiplicari

sed in istis inferioribus reperitur mul/
titudo indiuiduoꝝ sub vna specie. er/
go in intelligentijs seperatis. Item
intelligentia que creata est componitur
ex actu ꝛ potentia sicut ergo in cōpositis
ex materia ꝛ forma ex diuersitate materie
sumitur distinctiō fm numerū ita in an/
gelis ex diuersitate potētie sumitur dis/
tinctio fm numerū. ergo in eadē specie
poterūt esse plura indiuidua distīcta per
potentiā sicut in rebus materialib⁹ sunt
plura indiuidua distincta per materiam.
In oppositū arguitur. quia omnis
multitudo indiuiduoꝝ sub vna specie
est propter materiā. diuersitas aūt fcdm
formā inducit diuersitatem speciei. sed
substātie seperate non habent materiam
q̄ sit pars sui nec habēt materiā cui vni/
antur. ergo in eis non est pluralitas indi
uiduoꝝ sub vna specie.

**Pro respōsione est prīo sciē**dum ꝙ in substātijs seperatis impossi/
bile est esse pluralitatē indiuiduoꝝ vni⁹
speciei sed sunt tot spēs quot sunt substā
tie seperate. probaṫ qꝛ substantie seperate
sunt quidditates subsistētes spēi vel in
se. ergo cum diffinitiō explicet quidditatē
rei seq̄tur ꝙ substantie sepera te sunt spēs
in se subsistētes. ergo in ipsis non est plu
ralitas indiuiduorū sub vna spē. Se
cundo sic. vbicunq̄ est pluralitas indiui
duorū oportet ꝙ sint corruptibilia vt il
lud quod nō potest saluari in vno indi
uiduo saluetur in plurib⁹ vnde propter
hoc in corporalib⁹ celestibus que incor/
ruptibilia sunt non est nisi vnicū indiui
duū vni⁹ spēi. Ad idē est etiā ratio
post oppositū. Sed si dicaṫ hec positio
fauet articulo parisi⁹ cōdemnato q̄ di/
cit ꝙ dicere ꝙ de⁹ nō possit plures ange
los eiusdē spēi facere error ē ꝓpter dictā
opinionē sustinēdā respōdetur ꝙ de
bet sic intelligi articulus. dicere ꝙ deus
non facere posset plures angelos eiusdē
spēi ꝛ ꝙ hoc sit ex impotētia dei. error ē
ꝛ hoc mō non conceditur. vnde magis
vīdetū est hoc mō loquēdi. ꝙ non pos/
sunt fieri plures intelligētie sub vna spē
quia non est factibile. Hec aūt dicta sunt
ꝓbabiliter. qualiter aūt possit fieri multi
tudo spērum sic cōsiderandū est. Nam
in seperatis substātijs est compositio ex
actu ꝛ potētia vt postea patebit ꝛ sic fit
diuersitatē ꝑmitatis ex actu ꝛ potētia est
diuersitas spēꝝ ꝛ sic ē diuersitas in gradu
ꝑfectiōis ꝛ per cōsequens diuersitas spēi

**Ad rationes. ad primā di**citur ꝙ non est simile de intelligentijs ꝛ
de anima. intelligentie enim non habent
materiam tanquam partem sui vnde ex
multitudine corporū est multitudo ani
marū sine diuersitate secundum speciem
que adhuc remanet corrupto corpore
Ad secundā dicitur ꝙ maioris perfec/
tionis est multitudo specierū quam in/
diuiduorum. in substantijs autē sepera
tis est multitudo specierum. Ad ter/
tiam dicitur ꝙ multitudo indiuiduo/
rum est per materiam quātitate diuisā
sed nec materia nec quantitas est in sub
stantijs seperatis. licet in eis sit potentia
ista tamen non facit multitudinē indi/
uiduorū vt patebit ex dicendis.

**Queritur duodeciō. Utrū**
substantiarum intellectibiliū creatarū
sit compositio. Arguitur ꝙ sint compo/
site ex materia ꝛ forma quia omne quod
est in genere sicut species habet genus ꝛ
differētias sed genus sumitur a mate
ria. differentia vero a formā. ergo substātie
intellectuales create sunt in gñe substātie
ergo sunt composite ex materia ꝛ forma
Item in substātijs ītellectualib⁹ reperiunṫ
ꝓprietates materie. ergo in ipsis ē mate
ria vt recipere pati. Tertio formā ꝛ act⁹
idem sunt. si ergo substātie ītellectuales
non essent composite ex materia ꝛ forma
sed tantū essent forme. sequitur ꝙ vna/
queq̄ earū esset actus pur⁹ quod falsū
est qꝛ solus deus ē actus pur⁹. Quar
to sic. forma simpliciṫ limitatur per ma/
teriam ꝛ sic forma que non est recepta in
materia est infinita. Si ergo substātie in/
telligibiles essent forme tm̄ non recepte
in materia tūc essent īfinite quod falsū ē
In oppositum est aristo. ponēs illas
substātias. s. immateriales siē magnitudiē
Pro responsione supponitur ex alias dic
tis ꝙ sex mōis fit compositio.

**Prima cōclusio. substantie**
intellectuales composite nō sunt ex ma/
teria ꝛ forma, probaṫ qꝛ nichil est in gñe

vel spetie quam prius fuerit in indiuiduo si ergo substãtie intellectuales essent composite ex materia ⁊ forma tūc essent composite ex hac materia vel illa. ⁊ ita ex materia signata hoc aūt est falsū ex natura obiecti intellectus. nam forme intellectuales per hoc efficiūtur actu per hoc ꝙ sūt seperate a materia. sed forē intellectuales sunt eiusdē nature cum intellectu. ergo cum intellectus non sit seperatus a materia relinqtur ꝙ substantie intelligibiles create non habent materiam tanquam partem sui nec sunt vnibiles materie sed sunt per se subsistentes in quo differunt ab anima quia anima est forma vnibilis materie verūtamen non vnitur materie secundum partē intellectualem. p3 vlterius ꝙ intelligētie create ⁊ anima humana spetie differūt. nam substantie intellectuales habēt esse in natura completū anima autē humana ⁊ si sit in se subsistens non tamen habet esse completum in spetie sed ipsa est pars spetiei.

Secunda cõclusio· substantie intellectuales non sunt composite ex partibus quantitatiuis p3 quia quitqd est quantum habet materiā quia quantitas insequitur materiam ⁊ etiam formam corporeitatis qui est actus prim⁹ materie per precedentem conclusionem substantie intellectuales non habent materiam. ergo non sunt composite ex partibus quantitatiuis ex prima ⁊ secunda conclusionibus p3 ꝙ substantie intellectuales sunt incorruptibiles qꝛ non habēt materiam subiectam contrarijs.

Tertia cõclusio̅· in substantijs intellectualibus non est compositio ex natura ⁊ supposito. probatur quia in omnibus habentibus formam in materia indiuiduatio fit per materiā signatā materia aūt non est de ratione spetiei vel nature. ergo in habentibus formam in materia natura ⁊ suppositum differunt in seperatis aūt a materia sunt idē natura ⁊ suppositum qꝛ in seperatis a materia ipe forē sunt per se subsistētes ⁊ sic se ipis indiuiduātur. si ergo forme intellectuales sint forme seperate a materia seqtur ꝙ in eis sunt idem natura ⁊ suppositum.

Notādū ꝙ sanctus Thoas in aliquib⁹ passibus ꝙ in omnibus in quib⁹ sunt accidētia non sunt penitus idē natura ⁊ suppositū. Cui⁹ ratio est qꝛ suppositū habet aliqd preter naturā cū ergo substātie intellectuales habeāt accidentia seqtur ꝙ in eis nō sunt penitus idē natura ⁊ suppositum.

Quarta cõclusio· in substantijs sepatis est cõpositio ex esse ⁊ essentia ita ꝙ non sunt suū esse. ꝓbatur qꝛ omne qđ est suū esse necesse est esse simpliciter sed solū primū esse necesse est esse simpliciter. ergo substātie intellectuales nō sunt suū esse. Scđo sic illō quod cõuenit rei per aliud non est natura vel substātia rei sed esse cõuenit substātijs sepatis per aliud nam habēt suū esse a primo alioqn nō essent create. ergo in eis esse nō est natura vel substantia rei. Ex cõclusione ista seqtur ꝙ in reb⁹ intellectualib⁹ est cõpositio ex potētia ⁊ actu. p3 qꝛ inest compositio ex materia ⁊ esse. Esse comparatur ad naturā sicut act⁹ ad potētiā qꝛ recipiēs est in potētia ad illō quod recipit. natura aūt se hēt vt recipiens. esse ergo in eis est cõpositio ex actu ⁊ potētia vel vt qdam dicūt ex quo est ⁊ ꝙ est. quod est. est natura quo est est esse.

Notādū ꝙ esse in substantijs intelligibilib⁹ potest dupliciter cõsiderari. vno mō vt depēdet effectiue a prima causa ⁊ sic esse est receptum in natura vel essentia ⁊ se hēt ad naturā sicut actus ad potentiā ⁊ se hēt ad naturā vt actus ad potentiā. Alio mō vt fluit a natura vl' essentia angeli ⁊ quia forma est que dat esse cū natura substātie intelligibilis sit formā ad eā esse seqtur. vñ hoc esse se hēt vt formalis effectus nature vl' essentie sicut etiā ad formā que ē actus materie. seqtur esse ⁊ illud esse est suppositi quod est in se subsistēs. ita formā in se subsistētē seqtur esse ⁊ esse est receptū in hmōi forma subsistēte. Notādū ꝙ in substātijs intellectibilib⁹ est cõpositio ex gñe ⁊ differētia ꝓbatur qꝛ omne ens creatū cū sit finitū terminibus determinātū gñis est in gñe sed substantie intellectuales sunt finite ergo sunt in gñe ⁊ nō sicut pñcipia qꝛ sunt nature cõplete. ergo sunt spēs. sꝫ spēs componitur ex gñe ⁊ differētia. ergo ⁊c.

Notādum ulterius q̄ non eodem modo sumuntur genus ⁊ differentia in substantijs intellectualib⁹ ⁊ in materialib⁹. nam in materialibus genus ⁊ differentia summuntur a partib⁹. s. gen⁹ a materia. differētia vero a forma. sed in substantijs separatis genus ⁊ differentia summūtur ab vna simplici materia. cuz ergo genus et differentia sint predicata substātialia significantia naturaz oportet q̄ summantur ab aliquo qd̄ est natura vel pars nature. ex hoc p₃ q̄ nec genus nec differentia summuntur ab esse. quia esse est aliud ab essentia siue natura angeli. Sed queritur qualiter genus ⁊ differentia summunt̄ ab aliquo simplici. ad hoc dicit̄ q̄ substātia intelligētie cōsideratur dupliciter. vno mō sm̄ illud per quod conuenit cuz alijs substantijs intellectualib⁹ ⁊ sic ab ea summitur genus. alio mō cōsideratur substātia intelligētie sm̄ q̄ est cōstituta in certo gradu entitatis ⁊ sic ab ea summitur differentia.

Ultima conclusio. in substātijs intelligibilib⁹ est compositio ex subiecto ⁊ accidēte p₃ quia substātia intelligibilis creata non est suuz intelligere ⁊ sic nec sua sciētia ymo sciētia ⁊ intelligere sūt accidētia vt postea patebit. ex dictis p₃ q̄ substātie itelligibiles sūt simpliciores substantijs materialibus.

Ad ratōes ante oppositūz ad primā dicit̄ q̄ in substātijs intellectualib⁹ gen⁹ nō summit̄ a materia nec differentia a formā. sed summit̄ a nā simplici vt declaratū est. Ad secūdā dicit̄ q̄ recipere ⁊ pati equoce reperitur in substātijs materialib⁹ ⁊ itellectualib⁹. mā enim recipit formā vt per eam pficiatur in aliq̄ natura vel spē. s̄ formā itelligibil' est in itellectu nō vt itellectō q̄daz ducēs ad rei cognitōez. Ad tertiā dicit̄ q̄ licz forma itelligibil' sit formā tm̄ non sequitur q̄ sit actus pur⁹ eo q̄ huiusm̄ōi formā est recipiēs esse ⁊ comparat̄ ad esse sicut potētia. Ad q̄rtā dicit̄ q̄ substātie itellectuales create medio mō se habēt inter primū ens qd̄ ē de⁹ ⁊ substātias mālēs q̄tuz ad finitū ⁊ īfinitū. qr substātie mālēs sunt finite superius ⁊ inferi⁹ sunt finite superi⁹ pquāto mā finitat̄ ⁊ limitatur per formā quā recipit. ⁊ finite īferi⁹ pro quāto formē mālēs finiunt̄ ⁊ limitant̄ per māz. Primū vero est īfinituz superi⁹ ⁊ īferius qr est summū nec recipit̄ in aliq̄ mā a qua limitet̄ nec ē susceptiuuz alteri⁹ substātie. vn̄ substātie itellectuales sūt infinite īferius proq̄nto sunt formē nō recepte in mā a qua limitant̄ s̄ sunt finite superi⁹ qr esse eaꝝ recipit̄ in aliq̄ natura.

Queritur terciodecimō. Utrū cognitō substātie itelligibil' sit discursiua aut per modū cōpositiōis aut diuisiois aut p modū simplicis itelligētie. Arguit̄ primō q̄ sic per modū cōpositiōis qr substātia prima cognoscit enūtiabilia alias cognitō ei⁹ non esset pfecta s̄ enūtiabilia nō cognoscunt̄ nisi p modū cōpositiōis ⁊ diuisiois. Scdō sic q̄ sit discursiua. qr dicit̄ .ii. thopi. cōtingit plura scire vnū vero itelligere ⁊ cognitō plurium nō ē in habitu s̄ in actu. ergo nō omnia simul cognoscunt̄ s̄ vnū post aliud s̄ hoc ē discurrere de vno in aliō. ergo est discursiua. Tertio sic. prima causa cognoscit effectū s̄ talis cognitō est discursiua. Jn oppo. est philo. in hoc .ix. h. q̄ aut ē p modū simplicis itelligētie aut p modū cōpositiōis ⁊ diuisiois. si nō sit p modū diuisiois ⁊ cōpositiō. a nullo m⁹ erit discursiua. Pro respōsione supponit̄ q̄ triplex est operatio itellect⁹. s. simplicium apphensiō. cōpositio ⁊ diuisio. ⁊ discursus.

Prima conclusio. de⁹ simul oia itelligit. pbat̄. qr quicq̄d plura itelligit per vnā spēz illa possunt simul itelligi s̄ deus itelligit omnia per vnaz spēz. s. per essentiam suam. ergo.

Secūda cōclusio. deus non itelligit per modū cōpositiōis ⁊ diuisionis. pbat̄ qr deus sua essentia oia itelligit. s̄ sua essentia ē simplex ⁊ indiuisibil' ⁊ eaz itelligit sicut ē. ergo non itelligit per modū cōpositiōis ⁊ diuisiois s̄ per modū simplicis intelligentie.

Secūda cōclusio. cognitio dei nō est discursiā. qr non ē nisi duplex discursus. vn⁹ est sm̄ successioēz tm̄ quo vnū post aliō itelligit̄ vt cuz prius intelligit̄ homo ⁊ postea asinus. Alius est sm̄

cãlitatē fm̃ quē prius cognoscit cã̄ quã effect⁹ vt ē in pcessu pricipioꝝ ad cõclusiones. Primꝰ aũt discursus non est in deo qꝛ om̃ia simul intelligit ⁊ non vnum solũ per aliud vt pbatum est. Scd̃us etiam non est in deo quia secũdus psupponit primum. tamen quia illius discursus est de noto ad ignotũ. est enĩ accidẽs in effectuꝫ q̄ cause sunt prius note ꝙ̄ effectus. vnde effectus fiũt noti in termino discursus. non enĩ effectus cognoscitur in causa in tali discursu. sed intelligit in causa per resolutiõem effectuũ in causam. cum ergo deo nichil sit ignotũ sed omnia intelligit ⁊ de omnib⁹ habꝫ scientiã. sequitur ꝙ eius cognitõ non est discursiua sed simplicis intelligentie.

**Ad rationes. ad primã di**citur ꝙ deus intelligit ĩmaterialiter materialia ⁊ composita mõ simplici ⁊. ĩtelligit enuntiabilia per modum simplicis intelligentie. s. intelligendo suam essentiam que est similitudo omniũ ⁊ est simplex. non sicut intellect⁹ human⁹ q̄ddĩtate sua ĩtelligit om̃ia que insunt ibi vt puta ꝙ est rationalis ꝙ est susceptiuus disciplīne sic deus intelligit vnum cum alio non componendo sed simplici intelligentia.

Ad secũdam dicitur ꝙ non contingit plura per plures spẽs intelligere. ſꝫ bene contingit plura per vnã speciem intelligere ⁊ illa plura que sunt sub vnica forã per eandẽ speciem intelliguntur. sed deus simplici intellectu om̃ia intelligit per suam essentiã. Ad tertiam dicit̃ ꝙ deus ex causa nõ discurrit in effectu. sic ꝙ pri⁹ cognoscat causam quam effectum. sed simul ĩtelligit causã ⁊ effectum.

**Queritur quartodecimo**

Utrum substantia intelligibilis creata sit suum intelligere ⁊ sua potentia intellectiua. Arguitur ꝙ sit suũ intelligere. quia si extrema sint vnũ media inter illa extrema erunt eadem cum extremis. sed intelligere est mediũ inter intelligens ⁊ intellectum sed intelligens in substantia intellectuali est idẽ cum intellectu. ergo ⁊ suum intelligere est idem. Secundo sic substãtia ĩtellectualis simplicior est intellectu agente sed intellectus agens est sua operatio vt dicitur. iii. de anima. ergo ⁊ substãtia intellectualis creata. Tertio sic. ꝙ sit potentia intellectiua quia nisi sit cum substantia seperata sit simplex forã oporteret ipsam esse subiectũ accidentiũ quod est falsũ. quia dicit boetius. ꝙ forma simplex subiectum esse non potest. Quarto. forma sepata simplicior est materia prima sed materia prima est sua potentia. ergo substantia intellectualis est sua potentia intellectiua. In oppositũ arguitur ex dictis aristotelis in hoc duodecimo qui loquẽs de prima substantia que deus est dicit ipã esse intelligere suũ ⁊ dicit ꝙ in omni alio differt substãtia ⁊ intelligere. Pro responsione est primo

**Sciẽdum. ꝙ circa operatiõem** intellectus concurrũt quinq̃. s. substantia intelligens. suum intelligere. potentia intellectiua. intellectum. ⁊ species intelligibilis. Nunc autẽ videbitur de tribus primis comparando vnum alteri. post videbit̃ de spẽ ĩtellectiua ⁊ de re ĩtellecta

**Prima cõclusio. substantia** intelligentie create non est suũ intelligere probat̃. qꝛ si substãtia intellectiue create nõ differret a suo intelligere tũc huiusmõi intelligere esset subsistẽs ⁊ vnũ sicut color si esset sepatus nõ esset nisi vn⁹ color. ergo si substãtia intelligẽtie esset suũ ĩtelligere tũc non differret a prima causa.

**Secunda conclusio. esse sub**stantie sepate non ẽ suũ ĩtelligere sicut nec vniuersalit̃ esse alicui⁹ creati est actio sua probat̃ qꝛ vt habet̃ nono methaphisice duplex est actio. s. immanẽs ⁊ trãsiens ſꝫ nulla harũ est esse rei. ergo probat̃ de trãseũte. qꝛ talis trãsit in materiã extenorem. esse aũt rei manet in re. Similiter probat̃ ꝙ actiõ immanẽs non sit suũ esse. qꝛ esse rei est finitũ. actio aũt immanẽs est infinita vniuersal' simpliciter. sicut ĩtelligere ⁊ velle q̄ extẽdunt̃ ad om̃ia cũ verũ ⁊ bonũ sint coꝝ obiecta q̄ cõuertunt̃ cũ ente vel secundum quid. vt sensus que extendit̃ ad infinita secundum quid.

**Tertia conclusio. substantia** intelligẽtie create nõ est sua potẽtia intellectiua ptꝫ qꝛ potẽtia ſm id quod est. est

ad actū ⁊ ideo potentie distinguuntur per act⁹ ⁊ ideo act⁹ in ratōe proprij actus est in propria potentia. sed substantia intelligentie create ⁊ sua potentia intellectiua ordinantur ad diuersos actus. substantie enim intellectuales ordinantur ad esse sicut potentia ad actum. ⁊ potētia intellectiua ordinatur ad intelligere. esse autem ⁊ intelligere distinguūtur realiter vt patuit

**Quarta cōclusio. in intelli**gentijs creatis non oportet ponere intellectum agentem ⁊ possibilem. probatur quia hac necessitate ponitur in nobis intellectus possibilis. quia quādoqꝫ sum⁹ actu intelligentes. quandoqꝫ in potentia sed intelligentie sunt actu intelligentes ea que cognoscunt naturaliter. Similiter hac necessitate ponitur in nobis intellectus agens quia intelligibilia nō sunt nobis actu intelligibilia nisi per actum intellectus agentis. sunt enim sensibilia ⁊ materialia. intelligibilia autem ab istis substantijs intellectibilibus sunt actu intelligibilia secluso quocunqꝫ cum sint immaterialia. vñ non oportet in eis ponere intellectum agentem aut possibilem nisi vtamur nominibus equiuoce. pꝫ enim ꝙ in eis ponende sunt potentie intellectiue sicut intellectus ⁊ volūtas. sed nō potētie organice sicut vegetatiue ⁊ sensitiue quia intelligentia non est vnita corpori sicut anima nostra.

**Ad rationes. ad primaꝫ di**citur ꝙ duplex est actio quedaꝫ est transiens in materiam extrinsecam ⁊ talis est medians inter agens ⁊ patiens. alia est immanens ⁊ talis non est media nisi secundum modū sicut intelligere non est medium inter intelligens ⁊ obm. Ad secundam dicitur ꝙ cum dicitur. iii. de anima ꝙ substantia intellectus agentis est sua actio. non est p̄dicatio formalis. sꝫ hec est per concomitantiaꝫ quandam qꝛ cum intellectus agens sit actus semper potest habere suam actionem. non aūt sic est de intellectu possibili. Ad tertiā dicitur ꝙ forma que est actus purus nō potest esse subiectū accidentis quia subiectū accidētis comparatur ad accidens sicut potentia ad actuꝫ. Ad quartam

dicitur ꝙ nō est simile quia materia prima ⁊ sua potentia ordinantur ad actum substantialem ideo sunt eiusdeꝫ generis actus autem ⁊ potentia sunt eiusdem generis non sequitur si materia sit sua potentia ꝙ potentia intellectiua sit sua actio siue operatio.

**Queritur quintodecimo**

Utrum substātie intelligibiles intelligāt acceptas a rebus sensibilib⁹. Arguitur ꝙ non intelligant per spēs. sed per suam essentiam qꝛ secundum aristo. in. iii. de anima in separatis a materia ideꝫ est intellectus in actu ⁊ intellectum in actu ⁊ nō nisi quia per suā essentiam est intellectus in actu. ergo sequitur ꝙ intelligit per suā essentiam. Secundo sic ꝙ intelligāt per species a rebus acceptas quia omnis species ē causa rei vel a re causata. ergo spēs per quas intelligunt substantie intelligibiles create sunt causa rei vel causata a re maior pꝫ quia alias non esset assimilatio que requiritur inter speciem ⁊ illud cuius est species. Item lumen intellect⁹ intelligentie fortius est lumine intellect⁹ agentis. sed lumen intellectus agentis potest abstrahere a reb⁹ sensibilib⁹. spēs ergo ⁊ intellect⁹ substantie separate. In oppo. stat vitus vt statꝫ apparebit p quo ē

**Sciendum ꝙ ratio siue princi**pium intelligendi est forma potentie intellectiue. Secundo supponit ꝙ ad hoc ꝙ potētia complete terminetur per formaꝫ oportꝫ ꝙ sub formā cōtineātur oīa ad q̄ se extēdit huiusmōi potētia. ⁊ ideo potētia materie in rebus naturalibus nō est terminata per formaꝫ qꝛ illa potētia nō solum se extēdit ad vnaꝫ formam sed ad plures. Ad hoc seqtur ꝙ ad hoc ꝙ formā sit pricipiuꝫ ⁊ ratio intelligēdi vt in intellectu substātie separate create oportꝫ ꝙ sub ipa cōtineantur oīa que cadūt sub potētia intellectiua intelligentie.

**Ponitur igitur conclusio**

intelligentia non oīa intelligit per suaꝫ essentiaꝫ vt pꝫ ex dictis qꝛ oportꝫ ꝙ sub formā vel sub ratione intelligēdi cōtineantur oīa ad que se extēdit sua potētia intellectiua. sꝫ sua potētia intellectiua se extēdit

ad omnia q obiectum eius est ens et verum in universali sed non omnia comprehenduntur in essentia substantie create cum sint determinate ad genus et speciem. ergo essentia substantie create non est principium sufficiens rationis intelligendi. Ex quo patet q substantia seperata creata intelligit per species intelligibiles sibi additas.

